







DE

APOSTASIA

LIBER SINGULARIS.

SCRIPSIT

DR. G. M. AMTHOR,

DIACONUS COBURGENSIS.

COBURGI, MDCCCXXXIII.

SUMPTIBUS IO. GERH. RIEMANNI.

LONDINI: BLACK, YOUNG & YOUNG. — PARISIIS: HEYDELOFF & CAMPE. — AMSTELODAMI: SÜLPCKE. — BRUXELLIS: FRANK. — HAFNIAE: GYLDENDAHL, REITZEL. — CHRISTIANIAE: KEYSER. — RIGAE: DEUBNER. — PETROPOLI: GRAEFF. — PESTINI: WIGAND. — HERMANOPOLI: THIERRY. — ARGOVIAE: SAUERLAENDER. — ROMAE: DE ROMANIS.


BIBLIOTHECA BODLEIANA

MAGNIFICO, ILLUSTRISSIMO

VIRO

PIE VENERANDO

CAR. TH. BRETSCHNEIDERO

PHILOS. ET THEOL. DOCTORI CELEBERRIMO,
SERENISSIMI PRINCIPIS SAXO-COBURGO-GOTHANI A CONSILIIS
CONSISTORII SUPREMIS, MINISTRORUM VERBI DIVINI IN
DUCATU GOTHANO ANTISTITI PRIMARIO
ETC. ETC.

tioni obnoxia, veritas, divino beneficio nobiscum communicata; at habet unum quodque saeculum propriam quandam atque peculiarem indolem [2]); nec solum vitae instituta per temporis decursum mutantur, verum etiam ipsa cogitandi agendique ratio multas sensim vicissitudines recipit aliisque temporibus aliis studiis animi mortalium solent irretiri.

Inter hos vero cuiusdam aevi mores atque religionis doctrinam publice proponendam quae ratio intercedat, quae similitudo, quae dissimilitudo, perspectum exploratumque habere debet, cui erudiendi educandique populi commissa est gravis provincia, quique summam adhibere debet diligentiam, ut ea, quae conveniant auditoribus, ex scientiae thesauro depromat.

Nostram quoque aetatem, de cuius laude, quum profectus in omni artium doctrinarumque genere appareant praeclari, multa iam sunt iactata, peculiaribus quibusdam laborare vitiis maculisque, ne facilis quidem morum censor poterit ire infitias [3]). Inveniuntur plerique, qui, suae sortis pertaesi, altiora petunt; avida cuiusque generis quaerendi oblectamenta consuetudo crescit in dies; artes ad sensus quasi demulcendos repertae multiplicantur. Sed nolo in his esse longus.

---

2) Vid. „De saeculi genio, hominum de veritate iudicia interdum corrumpente, sed veritatem ipsam nunquam tollente, pauca disserit atque virorum eruditorum eorundemque veritatis et virtutis amicorum examini modeste subiicit M. A. C. *Kretzschmarus*", Chemnitzii CIƆIƆCCCXXVIII.

3) De peculiaribus aevi nostri vitiis eorumque remediis. Oratio qua a. d. XV. Cal. Febr. 1825 munus Directoris Gymnasii Regii Neo-Sedinensis suscepit I. S. *Kaulfufs*, Ph. D. etc. Cussalini, 1826.

Ad educationem potius animum advertamus. Ut historiam geographiae iunctam, mathesin cum physica pingendique artem scientia comprehendant, pueris; ut ingenia rebus ad panem lucrandum necessariis impleant, iuvenibus diversae aperiuntur scholae. Quam quidem rem, per se spectatam, nemo facile vituperabit [4]). At quum permulti harum rerum cognitione absolvi putent institutionem iuvenilem, contristor cum multis, quod in animis puerorum iuvenumque doctrina religionis moribusque imbuendis ac formandis parum collocetur operae. Miremurne itaque, quod, irretiti facile superstitionis laqueis, a praestigiatoribus abduci se patiantur? quod omni auctoritate temere reiecta res divinas opinentur incertas? quod de fidei christianae veritate atque praestantia, quam ignorant, ambigant? quod leves suorum sacrorum existimatores, inter vera et falsa fluctuantes, Indifferentismo [5]), qui dicitur, religiose ita sint dediti, ut de his dicta putes, quae in Apocalypseos libro c. III. v. 15 et 16 leguntur: *οἶδά σου τὰ ἔργα, ὅτι οὔτε ψυχρὸς εἶ οὔτε ζεστός· ὄφελον ψυχρὸς εἴης ἢ ζεστός. Οὕτως, ὅτι χλιαρὸς εἶ καὶ οὔτε ψυχρὸς οὔτε ζεστός, μέλλω σε ἐμέσαι ἐκ τοῦ στόματός μου.*

In hac saeculi nostri labe aliisque eventis publicis causam inesse videor animadvertisse satis gravem, cur nonnulli procliviores sint ad fidem, quam sunt ore pro-

---

4) Cf. D. H. C. A. *Eichstadii* orationem de antiqua Graecorum iuvenum institutione cum disciplina nostratium comparata. Ienae 1825.

5) Alexander Müller „über Indifferentismus in Sachen des Cultus." 1830.

fessi, revera deserendam, atque ab una transeant ad alteram communionem ecclesiasticam.

Quam proclivitatem contemplanti mihi in animum venit consilium de Apostasia ipsa pauca scribendi. Non sum equidem nescius, quod suscipiam, neque sane sine aliqua trepidatione rem aggredior. Ut vero statim intelligatur locum, quem mihi vindicare audeo, a nemine ita esse occupatum, ut expressa sit rei animo obversantis imago, brevem libri adumbrationem praeponere placet.

Disceptabitur vero,

§. 1. de apostasiae notione apud Graecos usitata;
§. 2. de apostasia sensu philosophico intellecta;
§. 3. de apostasiae significatu, qui in N. T. occurrit;
§. 4. de apostasiae notione apud patres ecclesiae obvia;
§. 5. de apostasia ad Iudaismum;
§. 6. de Iuliano apostata;
§. 7. de lege Theodosii apostasiam vetante;
§. 8. de apostasia ad Mahometismum;
§. 9. de apostasiae notione in ecclesia romano-catholica peculiari;
§. 10. mutatur significatus apostasiae; denotat defectionem a papismo;
§. 11. de apostasia legitima, inde enata;
§. 12. de apostatis, qui hodie dicuntur;
§. 13. de artibus, quibus uti solent protestantes ad exteros, alliciendos;
§. 14. de iis, qui evangelica religione reiecta ad Catholicismum rediere;

Notas praeterea singulis paragraphis addendas esse eam ob causam censui, quod, quae dicta sunt, quam sint vera, uberius demonstrare vellem atque sententiam prolatam confirmare auctoritate scriptorum, quorum opera, in simili argumento versantia, inter scribendum ante oculos habui, quorumve verba passim mea feci. Qua ratione cum fidem volui praestare integram, tum lectori faciliorem reddere laborem, si accuratius in singula vellet inquirere.

Difficilem sane rem suscepi et arduam; atque ingressus laborem tantam rerum memorabilium vidi copiam, ut facile intelligerem crescenti materiei imparem esse meam infirmitatem, argumentumque pertractandum ad viros pertinere, qui iam ex eruditione exquisita splendidum nominis decus sint consecuti.

Sed duae fuerunt causae, quae dubitanti animum facerent; primum spes, fore ut et lectores et censores nec indulgentia nec voluntate benigna mihi desint, sed

minus recte dicta corrigant, omissa addant; deinde vero persuasio, ex hac quoque compilatione aliquos fortasse fructus in theologiae studiosos posse redundare.

Admodum, fateor, laetabor, si haec quoque scriptiuncula, qualiscunque demum est, conferat ad amorem in ecclesiam nostram confirmandum Protestantismique, quem dicunt, praestantiam etiam iis declarandam, qui perperam de eo iudicare solent.

Quod si mihi contigerit, Luthero Venerando, viro immortalis memoriae, veritatis evangelicae vindici tyrannidisque pontificiae eversori, ex nostra urbe pridie ante Nonas Octobres anni millesimi quingentesimi tricesimi olim egresso, haud inepte me valedixisse et a festorum sollemnitate, in memoriam Confessionis Augustanae celebratorum, haud aliena cogitasse credam. Scripsi Coburgi, d. VIII. a. Idus Novemb. 1832.

DE

APOSTASIA

LIBER SINGULARIS.

---

§. 1.

De apostasiae notione apud Graecos usitata.

Omnem, quae ratione suscipiatur, de aliqua re institutionem a definitione debere proficisci, ut intelligatur id, de quo agatur, non ignorant, qui Ciceronis libros de officiis vel primoribus gustaverint labris.

Quae definitio quo rectius hic proponatur, de vocis origine, apud Graecos obviae, pauca sunt praemittenda. Derivatur autem vocabulum *ἀπόστασις*, huicque affine *ἀποστασία*, a verbo *ἀφιστάναι*, cuius apud Graecorum scriptores triplex est usus. Modo enim ponitur *ἀφιστάναι τινά, τινος* de eo, qui alios ad defectionem impellit, vel fide abducit; modo *ἀφίστασθαι* de eo, qui ipse partes quasdam, a quibus steterat, deserit; modo *ἀφίστασθαι* usurpatur de eo, qui aliquid pro se ad libram exigit. Vox *ἀπόστασις* itaque et defectionem abitumque et venditionem per libram significat [1]). Occurrit interdum vox *ἀπόστασις* substantivo coniuncta. Demostheni v. c. *ἀπόστασις κτημάτων* detractionem facultatum denotat, Euripidi vero *ἀπόστασις βίου* discessum e vita. Praeterea quoque legitur *ἀποστάσιον* vel *ἀποστασίου δίκη*, qua Graeci actionem nominabant vel in libertum, qui iustum dominum dereliquisse reus agebatur; vel

---

1) Apud Thucydidem v. c., teste Stephano, legitur: *τοὺς ξυμμάχους ἀφιστάναι*; *τὴν Ἰωνίαν ἀποστῆσαι*; *ἀφιστάντες τὰς πόλεις*; atque a Plutarcho commemoratur *ἀποστασία στρατιωτῶν*, atque *ἡ ἀπὸ Νέρωνος ἀποστασία*. — Vid. Nov. Lexicon graeco-latinum etc. recogn. Francisco Passovio. Lipsiae 1825.

in civem, qui patriam, periculis laborantem, reliquisse accusabatur, quem deinde πολέμαρχος ad Areopagitas deferebat condemnandum [2]); vel denique actionem adversus peregrinitatis reos [3]). Verbum „ἀποστασία" vero legitur apud Plutarchum ibique denotat defectionem.

---

§. 2.

De apostasia sensu philosophico intellecta.

Si vox ἀποστασία ad animum transfertur, opinionis sive sententiae cuiusdam, de cuius veritate antea in nobis nulla erat dubitatio, significat mutationem. Novum inde ortum est apostasiae genus, quod philosophicum liceat nominare. Non verbum quidem apud Graecos occurrit, sed factum.

Plures inter Graecos philosophorum scholae viguerunt, in veritate eruenda assiduae, sed, quod monumenta earum demonstrant, multum inter se differentes. Socrates quidem scholam, proprie sic dictam, nequaquam instituit [1]), sed, cum ex illius variis et diversis et in omnem partem diffusis disputationibus alius aliud apprehendisset, proseminatae sunt quasi familiae dissentientes inter se et multum disiunctae et dispares, quum tamen omnes se Socraticos et dici vellent et esse arbitrarentur [2]). Pie quidem praeceptorem colentes, alieni erant veneratione, in verba magistri, αὐτὸς ἔφα, iurare solita, Catholicismi philosophici, ex V. Krugii sententia, fundamento [3]).

---

2) Cf. Harpocrationis lexic. dec. orat. s. v. l.

3) Cf. Lud. Coel. Rhodigini (Scaligeri praeceptoris) librum lectionum antiquarum lib. XVII.

1) V. Ciceron. de orat. III, 16.

2) Cf. „Explicatur cur Socratici philosophicarum, quae inter se dissentiebant, disciplinarum principes a Socratis philosophia longius recesserint. Auct. *Goering*. Parthenopoli 1816."

3) De Catholicismo et Protestantismo philosophico. Symbolarum ad hist. phil. part. VII, scripta a *G. T. Krugio*. Lipsiae 1829. Literis Staritzii.

Erant idcirco, qui cum Platone ideas tanquam divina rerum exemplaria statuerent; vel cum Stagirita, duce experientia, de mundo philosopharentur; vel, Stoae addicti, ad sapientiam et virtutem, nullis prorsus sensuum illecebris subiectam, contenderent, sibique sapientem idealem fingerent; vel denique in hortis Epicuri sensuum quaererent oblectamenta atque voluptates. Ita in philosophicis suam quisque familiam duxit. Haec vero diversarum scholarum significatio sufficiat. Non est, quod illarum placita atque decreta pluribus diiudicemus. Nam hoc quidem notum est, floruisse scholas a se invicem seiunctas atque sepositas usque ad illud temporis momentum, quo Alexandriae philosophia, quam dicunt, eclectica enasceretur, in eo potissimum conspicua, quod ex omnibus philosophorum placitis ea sibi eligere possent fautores, quae vel probabiliora essent, vel iis, quae ipsi commentati essent, magis consentanea. Quae diversitas cum adesset, nonnullos, altera schola relicta, ad alteram sese contulisse inque partem contrariam inclinasse, contestantur verba, quae apud *Diogenem* Laertium lib. IV, c. 43 leguntur. Percontanti (Arcesilao) enim, cur ex discipulis aliis plerique ad sectam Epicuream transirent, ex Epicureis vero nullus se ad ceteros conferret, ait, quia ex viris quidem galli fiunt, ex gallis viri nunquam (*ἐκ μὲν ἀνδρῶν γάλλοι γίνονται, ἐκ δὲ γάλλων ἄνδρες οὐ γίνονται*). Timocrates Lampsacenus, cuius librum „εὐφραντα" deperditum dolemus, talis vir evasit [4]).

Nos quoque historia docet nonnulla philosophorum placita nunc in coelum elata hominumque studia experta, nunc oblivioni esse tradita, cum ingenium humanum antiqua facile fastidiat et novis, vel novitatis tantum specie indutis, celerrime adhaereat. Nos quoque boni esse praeceptoris statuimus non cupere, ut, qui audiant, in verba iurent sua, quia pertinax quaedam praeceptoris sententiarum defensio optatum impediat altioris culturae progressum. Quare et nostra vidit aetas, li-

4) V. Krugii „Philosophisches Lexicon" sub v. Apostasie.

cet reperiantur, qui nemini se unquam magistro mancipent, qui aliquamdiu philosophiae criticae vestigia premerent, modo vero cum Fichtio Criticismum, qui dicitur, dissolvere atque infirmare conarentur, modo in Schellingii, Hegelii aliorumve sententiam discederent [5]).

§. 3.

De apostasiae significatu, qui in N. T. occurrit.

Quodsi apostasia, quod paragrapho prima vidimus, egressum ex pristino statu atque, ut alii vestigia nostra premant, incitamentum significat, inest libris sacris haecce idea, nulli, qui absque opinione praeiudicata illos legerit, neganda.

Nam utrum in traditione mosaica, quae in Geneseos libro continetur, historiam an mythum agnoveris; utrum protoplastos idcirco, quod praeceptum de vitando arboris pestiferae

5) Ut e numero huiuscemodi apostatarum unius proferam nomen, nonne *Reinholdus*, quem (a. 1758 Vindobonae nat., denat. 1828 Kiloniae), in congregatione clericorum regularium S. Pauli Apostoli philosophici et theologici studii fundamento iacto, consuetudine virorum clarissimorum ingenium excoluisse, ecclesiae catholicae valedixisse scimus, Kantii philosophandi rationem intimo complexus amore, deinde Fichtii vestigia pressit, tum ad Schellingium aures erexit, denique, quam scripsit Bardili, primam logicen adamavit? — Hoc loco non silentio omittendum est, quum apostata omnino nominandus sit qui, quod tuendum atque sectandum susceperat, deserit, aliquos quoque de studiorum apostasia (Umsatteln) verba fecisse. *Platina* v. c. in iuventute militiam secutus, postea literis operam dedit; Ph. *Cluverius* patre obstrepente iuris studium deseruit et a geographicis studiis gloriam est consecutus. *Oecolampadius* iuris studium deseruit; *Ludolfus* medico studio relicto aethiopicae linguae operam dedit. — Cf. Henr. *Linkii* dissert. de apostasia studiorum, Altorf. a. 1679; Ioa. Iac. *Lehmannii* diss. de mutatione studiorum, Ienae a. 1711; Ioa. Alex. *Drechsleri* histor. diss. de studiorum apostatis, Lips. a. 1717. *Olearii* diss. de Luthero, ex iuris studioso Theologo, et Zieglero, ex Theol. Icto. Ien. a. 1709. — Cf. Ingleri bibl. hist. litterariae selectae. Tom. II. pag. 1525. — Apostasiam studiorum — publico examini submittit Ioa. *Witte*, Altorf. a. 1679.

fructu migraverint, imaginem divinam totam perdidisse putes, an tantum donum illud supranaturale, quo sublato vires naturae debilitatae quidem sed non penitus exstinctae fuerint; utrum incitamentum ad lapsum a serpente an a nimia sensuum cupiditate, rationem excedente, repetas, nil refert. Manet haec sententia: protoplasti egressi sunt ex statu feliciori et, arctiori cum Deo coniunctione relicta, propagavere ad posteros peccatum, sensim ad eum dein statum collapsos, quem in epistola ad Romanos Paulus descripsit, quemque nostra aetate occupant, qui vel omnem vim divinam negant, athei; vel verbis Deum ponunt, factis tollunt, impii; vel, sententia ἓν καὶ πᾶν εἶναι enuntiata, omnem Dei, libertatis, immortalitatis ideam destruunt, Pantheistae. Ita egregie cohaerent, quae a Pentateucho usque ad Apocalypsin leguntur. Quaecunque enim, Deo annuente, per Mosen, prophetas atque per Christum sunt instituta, id efficere voluerunt, ut homines docerentur, quomodo ad Deum, a quo defecissent, possent redire.

Sed relinquamus haec eleganti peritorum iudicio et ad id progrediamur, quod huius paragraphi inscriptio flagitat.

Frequens enim occurrit atque multiplici significatione in N. Foederis libris verbum ἀφιστάναι. Denotat fugere alicuius consuetudinem, 1. Tim. VI, 5., deficere ab aliquo, desinere alicuius esse discipulum atque sectatorem, Luc. VIII, 13., desistere ab aliqua re, Act. V, 38., et a veri Dei cultu deficere, Hebr. III, 2., ita ut hebraicae voci מָרַה Ezech. XX, 8. Ierem. L, 21. crimen denotanti, quod acriter puniri solebat, respondeat. Sed bis tantum legitur substantivum ἀποστασία. Ac primum quidem invenitur Act. XXI, 21., ὅτι ἀποστασίαν διδάσκεις ἀπὸ Μωσέως, quibus verbis Paulus defectionem a religione mosaica iubere dicitur [1]). Intelligendam esse sub

1) Falsa erat, inquit Kuinoel. Comm. IV T. p. 702, illa criminatio. Nam, ut iam supra notavimus, strenuus quidem hactenus fuerat Paulus libertatis Christianae vindex contra inconsideratos legis ritualis propugnatores, qui Christianis e gentilibus iugum illius legis imponere volebant, et circumcisionem ab iis necessario suscipiendam docebant, sed non docuerat Paulus illicitum esse Iudaeis legem ritualem

„Mose" legem ritualem, nonnullis placet. Non deerant enim, quum Apostolus doceret, qui, quemadmodum posterioribus temporibus gratia Dei particularis esse videbatur et ex absoluto quodam decreto ad paucos tantum homines restricta, Iudaeos tantum salvos fieri per Christum contenderent ideoque ethnicos primum in Iudaeos esse mutandos opinarentur. Paulus vero, qui, vinclis pharisaicae sectae abiectis, inde ab illo temporis momento, quo repente a mente pristina avocatus [2]), i. e. apostata factus erat, in dies magis in sensum mentemque Iesu penetravit, id non necessarium esse et ad omnes omnino homines pertinere salutem, per Christum partam, Particularismo iudaico reiecto, statuit. — Sed quid impedit, quominus putes de abroganda religione mosaica cogitasse apostolum? Ipsi religio Christiana ita comparata esse videbatur, ut omnibus naturae humanae omnium temporum locorumque necessitatibus doctrinae praestantia, praeceptionum salubritate promissionumque efficacia posset satisfacere. Quare religionem mosaicam divinam quidem esse, sed imperfectam contendit. Oppugnabat itaque eius particularismum, quem dicunt, seu eam populi iudaici sententiam, qua ductus putabat se solum Deum nosse et solum a Deo amari, iis exclusis, qui suae religioni non essent addicti.

Inesse legi annuit severitatem quandam politicam atque homines, illam secutos, perduci ad Deum reverendum tanquam omnipotentem et strenuum huius rerum universitatis dominum, neque vero impelli ad Deum amandum tanquam patrem, omnes eodem sensu paterno complectentem. *Γράμμα* nominavit legem, quod de singulis agendis singulas ferret leges, quibus hominum animus, laetum agendi studium viriumque alacritas opprimeretur. Quumque externa tantum spectaret, inutiles caeremonias contineret, earumque exacta observa-

---

observare, verum solummodo hoc, circumcisionem nihil ad salutem conferre, neque adeo eam abrogasse dici poterat.

2) Cf. Ammonii comment. exeget. de repentina Sauli ad doctrinam christianam conversione, Opusculis theol. Erlangae 1793. insertam.

tione absolveretur, σάρξ ab ipso vocatur religio mosaica atque per Christum abrogata. Quod quidem invito Christo factum esse is contendet, qui iustam locorum Ioa. IV, 24 et Matth. VI, 18 ignorat interpretationem. Primo enim loco affirmat Christus tempus fore, quo hominibus Deum adoraturis neque sit tendendum ad templum, Hierosolymis exstructum, neque ad montem Garizim, sed ubique terrarum et animo pio et modo spirituali Deum iri adoratum. Verba autem, quae apud Matth. leguntur, Christum non venisse λῦσαι τὸν νόμον ἀλλὰ πληρῶσαι, attendendo ad nexum orationis ita intelligenda esse videntur: nunc quidem nondum possum legem mosaicam solvere, quia nondum, cui nova superstrui possit doctrina, iactum est fundamentum; quare satius existimo illius praeceptis meam conformem reddere vitam atque peragere, quaecunque lex praecipiat. — Sponte itaque intelligitur Apostolo, de condenda atque propaganda ecclesia optime merito, honori esse atque laudi illud Iudaeorum opprobrium, quo ipsum de lege mosaica antiquanda accusare haud dubitarent; atque causam eius vicisse, est quod nobis gratulemur.

Continuatur instituta disputatio.

Princeps omnium de ἀποστασία locus iure suo ille praedicandus est, quem reperimus in secunda Pauli ad Thessalonicenses scripta epistola ibique c. II. v. 3. his verbis: ἐὰν μὴ ἔλθῃ ἡ ἀποστασία πρῶτον — nisi praecesserit praedicta illa ἀποστασία. Mira profecto sagacitate optimi interpretes hunc tractavere locum, atque, quae enuntiaverunt, ut e diversis diversorum interpretationibus maxime probabilem Tibi possis eligere, benevole lector! paucis attingere iuvat.

Bensonio v. c. est ἀποστ. discessus a puriore doctrina Christiana; Hammondo defectio Christianorum ad Gnosticos, fraudibus imprimis Simonis Magi excitata et perfecta; Schott-

genio Iudaeorum rebellio, qua auctoribus Pharisaeis et Rabbinis a romano imperio deficere instituerant (cui Clericus in notis ad Hammondum assentit atque Usteri); Wetstenio denique rebellio et caedes trium principum, qui ante Vespasianum ab exercitibus romanis imperatores fuerant proclamati [1]). *Ἀποστασίαν* hanc defectionem esse de vera religione Christiana, quae exstat in S. S. atque conciliis oecumenicis, probavere, testibus Calovio atque novissimo huius epistolae interprete, V. Peltio [2]), doctrinae evangelicae instauratores; quod vero tam aegre tulit Staphylus [3]), ut illam ipsam instaurationem ultimam esse et magnam defectionem, Christi adventum praecessuram, demonstrare eniteretur.

Me quidem iudice, si contextam ibi orationem respicio, huius loci sensus atque nexus hic est. Paulus ecclesiam Thessalonicensem, obstrepentibus Iudaeis, condidit. Quare, qui ex metuentibus Christiani erant facti, mala passi sunt multa atque immanitates. Ad eiusmodi persecutiones, ob fidem, quam amplexi erant, constanti animo perferendas spem in ipsis excitavit, fore ut mox — ignorat autem Apostolus, quo tempore illa sollemnis regni initia sint futura — Christus venturus regnum inauguretur finisque tot malorum fiat sub placida Christianismi umbra. Erat iam gentis israeliticae fatis atque cultui per longam saeculorum seriem spes futurae felicitatis innexa atque Apostolo probata, qua, fatendum est, non pauci tot tantisque religionis causa calamitatibus tolerandis apti reddebantur atque idonei. Quem adventum quum proxime adstare diceret Paulus, Christiani ipsi ob magnam morum corruptelam religio-

---

1) Vid. Koppii N. T. Excurs.

2) Epistolas Pauli Apostoli ad Thessalonicenses perpetuo illustravit commentario et copiosiore expositionum e patribus ecclesiasticis collectarum instruxit delectu Ludov. Pelt. P. P. E. Gryphisw. 1830. — Cf. Literarischer Anzeiger für christl. Theol. u. Wissenschaft überhaupt. Herausgeg. v. Dr. A. Tholuck. 1830. n. 67.

3) De ultima et magna defectione adventum Christi praecessura liber Staphyli posthumus, a *Surio* in ling. lat. transl. — In hoc libro demonstratur *λουθερανά* (sc. bestia) aequare numer. 666.

nisque contemtum, factis probatum, inquieti reddebantur atque anxii.

Quare solatium praebet iis dicens ipsis adhuc quoddam esse datum temporis spatium, quo ad animos emendandos rite possint uti. Hanc *παρουσίαν* nempe praecedere inquit *ἀποστασίαν* tanquam signum propinquum atque proxime praecedens. Communis erat persuasio varia tum physica tum moralia exspectanda esse prognostica, quae Messiae ad iudicium adventum portenderent [4]). „Grassatura canuntur pestis, fames, sterilitas, ferarum rabies et bella, omnia cadaveribus impletura. Pluent ignes, cadent sidera, deficient sol atque luna, montes ardebunt, fontes siccabuntur, omnia in pulverem comminuentur et elementa in priscum chaos dissolventur." In altero prognosticorum genere ponitur immensa corruptio, animos deturpans atque pectora, ita ut impostores prodeant, falsa docentes, alios in avia ducentes, utque hominum existant monstra, quae exuant turpissimis vitiis humanam fere naturam.

Haec vitiositas, cuius initia vidit Apostolus in illius aevi moribus; haec depravatio, haec summa in Deum impietas atque ab eius cultu ad idololatriam defectio, nostro loco dicitur *ἀποστασία*, i. e. *ἀσέβεια*, *ἀνομία*. Quod quidem non temere dictum esse vel inde apparet, quod verbum „*ἀποστασία*" abstracte positum legatur.

---

§. 4.

De apostasiae notione apud patres ecclesiae obvia.

Confundunt interdum patres ecclesiae, teste Suicero [1]), *αἵρεσιν* atque *ἀποστασίαν* atque apostatam nominant, qui a recepta atque conciliorum decretis sancita paulum declinat do-

---

4) Doctrinae christianae in libris sibyllinis faciem sistere conatur D. Berg. *Thorlacius*. Hauniae 1816. p. 35 et 87.

1) Cf. Suiceri thesaur. sub voce *αἵρεσις*.

etrina. Ita in historia tripartita legitur [2]): Apostatae vero sunt isti, Arius et Achillas. Cum eis autem apostataverunt hi: Aethalus, Carponus, et qui sequuntur. Inde quoque Balsemon in Collect. Const. Eccles. p. 1292 titulum facit περὶ ἀποστατῶν et sect. III. dicit: ὁ ἐξ ὀρθοδόξου γενόμενος αἱρετικὸς οὐ συναναστρέφεται κ.τ.λ. ὡς ἐν τοῖς ἄλλοις ἁμαρτήμασι. Non autem confundendi sunt apostatae cum haereticis, quemadmodum addit idem Suicerus, quoniam hos illi superant malitia; neque Iudaei aut Pagani haereticorum nomine κυρίως insigniuntur. — Simile discrimen, licet, qui tormentorum *metu* a religione Christiana defecerant, concilii Eliberitani can. 46. apostatae appellentur, inter lapsos atque apostatas animadversum est a Binghamio, ab Augustio V. D. nuperrime repetitum. Nota nimirum res est, ab Iudaeis atque Paganis acerrime fuisse saevitum [3]) in Christianos, hosque continuas nunc ab horum, nunc ab illorum odio expertos esse vexationes. Nolumus nunc in causas inquirere [4]), cur imprimis Pagani saevirent in Christianos, nec crimina recensere iis obiecta, ὀνολατρείαν, οὐρανολατρείαν, ἡλιολατρείαν, αἰδοιολατρείαν, σταυρολατρείαν conventusque nocturnos. Nolumus repetere opprobria, quibus pulsari solebant Christiani, quod essent inutile terrae pondus omniumque malorum, quibus populus romanus premeretur, causa; quod laesae maiestatis suspecti essent atque Thyesteae epulae atque Oedipodei concu-

2) Vid. histor. tripart. lib. I. edit. Paris. 1573. p. 16.

3) Cf. Schumann I. v. Mannsegg: über die Verfolgungen der ersten christlichen Kirche. Leipzig b. Barth 1821. 8. — Christ. Kortholti de persecutionibus ecclesiae primaevae sub imperat. ethnicis liber. Kiloni CIↃIↃCLXXXIX. — Lactantius de morte persecutorum. — Nov. Comment. Soc. reg. scient. Gott. T. III. ad a. 1771. etc.

4) Cf. Chr. Kortholti: Paganus obtrectator, sive de calumniis gentilium in veteres Christianos libr. tres. Lubecae MDCCIII. — De odio humani generis Christianis olim a Romanis obiecto exercitationes histor. tres, quibus persecutionum imprimis, quas Christiani a Romanis perpessi sunt, historia plurimum illustratur. Auctore Ioanne Friderico Grunero. Coburgi CIↃIↃCCLV.

bitus ab ipsis haberentur. Apologetarum studiis defensos fuisse norimus Christi asseclas. Attamen in illos saevitum est atque horrida nomina, cyphonismus, catapontismus, metalli poena, aeneus Phalaridis taurus, equuleus, culeus, fustuarium, plumbatae, stipes, stigmata, crurifragium, trochlea, ova ignita, forcipes, boia et quae sunt huius generis alia, horrendorum suppliciorum memoriam ad posteros propagaverunt. Bilem sane movet horum cruciatuum recordatio. Sed hominem, quae extorqueri sibi videt, bona firmius tenere resque caras ipsi fieri eo cariores, quo maius est earum amittendarum periculum, cruentae illae testantur vexationes atque clamant. Nam, licet multa, quae de martyribus dicuntur, in maius [5]) aucta esse videantur, permulti tamen, ne extorres appellarentur, persecutionibus obnoxii suam fidem constantia sua commendabant, immo, quo citius coelestis participes fierent felicitatis, martyrium quaerebant [6]). Nihilominus accidit, ut quidam tormentorum cruciatu perculsi, vel bonorum amittendorum metu perterriti, eo adigerentur, ut fidem denegarent, idolis sacrificarent (Sacrificati et Thurificati) sacrosve Christianorum libros traderent (Traditores), vel libellos a magistratu, quibus gratia sacrificiorum ipsis fieret, emerent (Libellatici). Eiusmodi lapsos, quorum haud pauci, periculo peracto, ad castra Christianorum redire, quam ab ecclesia seiuncti beneficiis Christianae religionis privari mallent atque molesta antea peracta poenitentia, de qua Morini atque Dallaeus, sollemniter reciperentur [7]), ne cum apostatis commutes, vult *Binghamius* [8]), eumque secutus *Augusti* [9]).

---

5) Hoc Dodwellus in diss. Cyprianica XI. rationibus pluribus adstruxit.

6) Rufs diss. de studio martyrii in primaeva ecclesia. Ienae 1737.

7) Eam ob causam, quod lapsos et eos, qui in Capitolium romanum sacrificatum iverant, si sincere resipiscerent, in communionem suam recipiendos esse in synodis suis Christiana ducti caritate decreverant, Christiani ipsi ab Ethnicis *Apostatae*, Capitolini, Synedriani dicti sunt. Cf. Pacian. epist. II. ad Sympronian. et Binghamii Origines eccl. T. I. p. 26.

8) Cf. Bingham. Orig. Tom. VII, p. 282. „Aliud, inquit, genus

His expositis una restat notio apostasiae apud patres obvia apponenda, qua eius perversam agendi rationem designat, qui, reiecta omnino religione Christiana, descisceret vel ad Iudaismum vel ad Paganismum [10].

---

§. 5.

De apostasia ad Iudaismum.

Propensione animi quadam Iudaei inclinaverunt in religionem pristinam ceremoniasque, quibus a pueris erant adsueti. Demonstrat hoc lis [1]) inter Petrum et Paulum; testantur opprobria, Petro facta, quum, quod Actis Apost. c. XI. v. 3 et 6. narratur, Cornelii domum intrasset. Ex hac quidem ad Iudaismum proclivitate triplex apostasiae ortum est genus. Liceat vero de hoc quam brevissime exponere atque lectorem ad fontes [2]) ablegare, ex quibus hanc rem hausimus.

Apostatarum illi erant, qui sponte sua ad paganismum deficiebant, posteaquam aliquamdiu fidem Christianam erant professi. Hi a vulgo sic dictis *lapsis* in hoc discrepabant, ut isti (vulgo sic dicti lapsi) per vim et ex metu atque terrore persecutionis deficerent: hi autem *ex proprio instinctu et libero arbitrio, ex fastidio religionis et amore paganismi, quem religioni Christi, cum sine vexatione in ea perseverare possent, anteferrent.* Et quemadmodum isti ad ecclesiam redire solebant, simulac opportuna eis oblata esset occasio, ita hi plerumque per omnem vitam ecclesiae communionem fugiebant."

9) Cf. Augusti Denkwürdigkeiten. XI. Band. S. 63.

10) *Οἱ ἀπὸ Χριστιανῶν γενόμενοι Ἰουδαῖοι ἢ Ἕλληνες. Ἀποστάται τουτέστιν οἱ ἀρνησάμενοι τὸν Χριστιανισμόν.* Vid. Suiceri thes. sub voce *Ἀποστασία*, et *Ἀποστάτης.* — Inter verba Cypriano peculiaria (v. c. remissa i. e. *remissio*; studentes fabulae i. e. *docta colloquia*), ab Erasmo Roterodamo collecta, occurrit *apostatare* pro deficere a fide.

1) E. G. A. Böckel: adumbratio quaestionis de controversia inter P. et P. Antiochiae oborta. — — Lips. 1817. (cf. Theol. Ann. 1819. April. Mai.).

2) Ios. Binghamii Origines eccl. (in lat. serm. transt. I. H. Grischovius, Halae 1724—1730. 4.) lib. VI. et VII.

Fuerunt autem primum Iudaeo-Christiani, qui in quibusdam ritibus atque consuetudinibus ad Iudaeos sese applicare non recusarent; v. c. in diebus festis celebrandis (Quartodecimani), atque ieiuniis; in matrimoniis cum illis contrahendis; in recipiendis eorum eulogiis; in consulendis illis de phylacteriis atque amuletis ad morbos curandos.

Alterum eorum, qui deficere dicebantur a religione Christiana [3]), genus complectitur eos, qui, hac non prorsus reiecta, iudaicam cum Christiana commiscere studerent, circumcisionem aliosque legis iudaicae ritus observarent (Ebionaei) atque Christum merum fuisse hominem dicerent (Nazaraei, Elcesaei (— ab appellativo כָּחַשׁ negare, subst. אַלְכַּחֲשִׁים i. e. apostatae — cf. Baumgarten's Geschichte der Religionsparth. p. 271. 515.), Cerinthiani, alii). Accensebantur his Hypsistarii [4]) atque Coelicolae, sed perperam.

Tertium denique genus erat eorum, qui a religione Christiana omnino ad Iudaismum desciverunt [5]). Istiusmodi apostatarum, qui gravissime puniri solebant, numerus Borchochabio auctore potissimum adauctus fuisse dicitur. Atque etiam posteriori aetate factum est, ut Christiani religionem iudaicam

---

3) Quid contra hos, a veteribus tanquam resilientes ad Iudaismum accusatos atque *Χριστιανοὺς ἐξ ἡμισείας* dictos, constitutum sit in concilio Laodiceno, Nicaeno, Illiberitano, Epaonensi, Aurelianensi, legitur apud Bingh. lib. VI. p. 274—281.

4) De hypsistariis etc. commentatio, quam scripsit D. C. Ullmann, Heidelb. MDCCCXXIII. — De Hypsistariis opinionibusque, quae super eis propositae sunt, scr. Lic. G. Boehmerus Berolini MDCCCXXIV.

5) Inter hos ab Epiphanio commemoratur *Aquila*, interpres bibliorum, qui propter astrologiae studium ecclesia Christiana eiectus ad Iudaeos transiit novamque bibliorum interpretationem, instigatus odio Christianorum, adornavit (at conf. quae leguntur in libro: Eichhorn's Einleitung ins Alte Test. I. 357. 2. Ausg.). — Gravissimis seriori tempore poenis eiusmodi religionis Christianae desertores, morte, licentia de bonis suis per testamentum decernendi, iure praecipuo testimonium coram iudice dicendi, affligebantur. Vid. Cod. Theod. lib. XVI. tit. VIII. de Iudaeis; leg. I. leg. VII. leg. III. Concilii Toletani can. IV. L. XIII. Cf. Bingh. lib. VII. p. 270.

amplecterentur [6]). Neque defuere docti potissimum Iudaei et antiquissimis et recentioribus temporibus, qui, nugis Thalmudi-

---

6) Hoc loco non possum non transferre, quae de Ioanne Petro *Speeth*, Augustano, homine in religione Vertumno mutabiliore, ex Crozii scriptis retulit Schelhornius, in amoen. lit. tom. XIV. p. 611. „Vixit Amstelodami Apostata quidam e Christiano Iudaeus, vir certe eruditus et instructus omni genere literarum. Augustae Vindelicorum natus erat *parentibus Pontificiis* et iam aetate grandis ad *eos* confugerat, qui confessionem, quam vocant Augustanam, profitentur.

Cum in literarum ebraicarum cognitione mirum in modum profecisset, a nobilissimo viro *Knorrio* a Rosenroth vocatus est eique praesto fuit in adornanda Cabbalae denudatae editione. Portentosa deinde animi levitate impulsus, religionem crebro mutavit, modo ad Socinianos transiens, modo ad Mennonitas, qui de Christo, domino nostro, prope eadem sentiunt cum Socinianis. Post diuturnas tandem, ut ipse postea confessus est, animi agitationes turpiter ab omni Christianorum communione defecit et *Amstelodami Iudaeorum sacris initiatus*, qui prius Ioannes Petrus Speeth vocabatur, Moses German appellari coepit." Wachteri, etymologici linguae germanicae auctoris, conatus illum ad Christianismum reducendi erant irriti. „Adinventam esse a Constantino Magno religionem christianam, nec aliud esse quam fabulas, quaecunque narrentur et scripta sint de martyriis veterum Christianorum; Novum T. et eorum patrum scripta, qui tribus post Christum saeculis floruerunt, iubente Constantino, fuisse conficta, Iudaicam religionem totum antea terrarum orbem occupasse contendit. Veneno e medio sublatus creditur a Iudaeis, quum nugas omnes Thalmudistarum non satis eum probare suspicarentur."

Alia commotus ratione discessit a. 1607 M. Conradus *Victor*, ad paedagogium Marpurgense praeceptor, atque postea nuntius est allatus ipsum a. 1615. circumcisum fuisse atque ad iudaicam religionem transiisse, vitam egregie pauperem egisse nomenque *Moses Pardo* assumpsisse. Ipsius verba haec sunt: „propter amorem Israelis et studium legis Mosaicae ante annos septem deserui meam patriam, uxorem et sobolem, *qui nullo animo potui concoquere monstrosum et ementitum Mysterium trinitatis*. Moses Pardo, quondam in gentilismo vocatus M. Conrad. Victor, Marpurgensis." Hoc mecum communicavit Ven. D. Iusti, Marpurgensis acad. prof. celeb. Huc pertinet quoque G. *Gordon*, de quo hoc legitur in encycl. Pieriana t. VIII.: „Lord Georg Gordon, jüngerer Sohn des Herzogs von Gordon, geb. 1750 zu London; nahm englische Seedienste, ward Mitglied des Parlaments, nahm sich der protest. Relig. an, eiferte 1780 gegen die Toleranzbill, wurde wegen wüthender Schmähungen 1786 excommunicirt, ging nach Frankreich,

cis reiectis, Christiani facti sunt [7]). Erant quoque inter nos, qui, quod in legibus Atheniensium erat, *ὑποφαίνειν ὁδὸν πλανωμένοις*, Iudaeos ad suas partes traducere vellent.

---

entfloh 1788 wegen einer Schrift gegen die Königin Maria Antoinette aus diesem Lande nach Holland, kehrte bald nach London zurück, *nahm die jüdische Religion an* u. st. im Gefängn. zu Newgate 1793."

Uriel Acosta (nat. in Portugallia parentibus ex ordine nobilium) circa religionem passus est incredibilia. Institutus in religione pontificia, damnationem aeternam timens, perlectis variis libris, incidit in inextricabiles perplexitates, anxietates et angustias. Quum in religione pontificia quietem non inveniret et tamen cuperet alicui inhaerere, percurrit libros Mosis Prophetarumque et, quum Foederi veteri fidem dare cum Iudaeos tum Christianos videret, iudicavit ipsum debere parere legi, cogitavit de domicilio mutando, abiit Amstelodamum ibique praeceptum de circumcisione statim implevit. Brevi expertus est mores et ordinationes Iudaeorum minime convenire cum iis, quae a Mose praecepta essent. (Conf. liber: Vorlesungen über die neuere Geschichte der Juden von Lowisohn, Wien 1820. p. 99.).

Quod cum palam profiteretur, imo legis mosaicae divinitatem negaret, excommunicatus atque crudelissime vexatus, tandem eo est adactus, ut in Synagoga scriptum praelegeret, quo crimina sua confiteretur. Quare flagellis caesus ad limen synagogae prostratus est, ut omnes exeuntes super ipsum — nudum — transirent. Quo factum est, ut tandem omnem religionem revelatam reiiceret. Sed conf. Urielis Acostae exemplar humanae vitae (quod neminem legisse poenitebit) add. Philippi a Limborch de veritate relig. christ. amicae collationi cum erudito *Iudaeo* p. 657—670. et libr.: Bekenntnisse merkwürdiger Männer von sich selbst. Herausgeg. v. J. G. Müller. II. B. Winterthur 1793. p. 155.

7) Iudaei varia habent nomina, quibus apostatam designant. Qui Iudaismum eiurat et in Christianorum aut Muhametanorum castra transit, dicitur מְשׁוּמָּד (*perditus*, a v. שָׁמַד, quod Rabbinis notat: defecit a religione = se ipsum quasi delevit). Iudaei Germani dicunt: Er hat sich geschmadt. (V. Francisci Haselbaueri Lexic. thalmud. sub h. v. p. 81.). Qui certa quaedam Ebraeorum instituta deserit, cetera sancte observat, vocatur מוּמָר *mutatus* (a v. מוּר mutare). Qui in propatulo Christianam verbis et factis confitetur, in occulto vero Iudaeus est, appellatur אָנוּס *coactus* (a אנס cogere, vi adigere). Conf. Hottingeri Thesaur. phil. pag. 12 sqq. — Inter eos vero, qui ex Iudaeis Christiani facti sunt, memoratu digni videntur: Sozomenus; Bar Hebraeus; Gerson; Hieronymus a S. Fide; Alphonsus Zamora; Nicolaus de Lyra; Alphonsus Spina; Philippus Aquinas; Sixtus; *Brenz* — cum uxore et duobus filiis baptizatus 1610. conf.

§. 6.

De Iuliano apostata.

Inter omnes [1]), qui ad Ethnicismum, reiecta religione

Fabr. bibl. t. V. p. 856. — ; Moses Praeger v. Cracau 1709 zu Heilbronn get. — inde *Heilbronner* (scr. tractatum in Ies. LIII. — klare Beweifsthümer, dafs Jesus der wahre Messias und Sohn Gottes sey); Iosua Ben Abraham Eschel (n. 1691. bapt. 1722. cf. Nachrichten von dem Leben, Schicksalen und Bekehrung Friedrich Albrecht *Augusti* etc. v. K. F. A. *Augusti*, Gothae 1783. Cf. Acta eccl. XII. Band p. 67 — 72. Theil p. 258 — 287. — et 73. Theil ei. lib, p. 763. — Schlufs der Nachrichten von der Ausbreitung der christl. Relig. unter d. jüd. Volk. — Item conferri possunt quae leguntur in libro: Neues Magazin für Prediger. Herausg. v. D. W. A. Teller VI. Bd. II. St. p. 264: Taufrede bey der Aufnahme des H. D. L. in die christl. Kirche. — Auszüge, kurze aus der Bekehrungsgeschichte Duitsch, e. Rabbiners. Königsb. 1774. — Leben Seligs u. seiner 3 Schwestern u. Bekehrung aus dem Judenthume. 3. Th. Leipz. 1776. — Abraham u. Maria. Aus dem Tagebuch eines zum Christenthum bekehrten Israeliten. Dessau 1831.); *Marcus*; *Philippi*; *Sonnenfels*; *Boerne*; *Sapphir*. De *Spinozae* conversione ad christ. relig., cuius mentionem fecere *Fabricius* (bibl. p. V. p. 61.) et Stockmannus in elucidario haeresium etc. p. 833. et Schiffner in libro, cui tit. est, „Allgem. deutsches Sach-Wörterbuch" tom. IX. p. 60., recte dubitatur. Res haec est. *Benedictus* (Baruch, cum Iudaeus adhuc esset) Spinoza 1632. Amstelodami natus, studio thalmudico-cabbalistico peracto, ob varia, quae protulerat, dubia, Morteira, praeceptore, auctore, Synagoga excommunicatus, omnem philosophiae dedit operam atque, Cartesium sequutus, illud condidit systema, ex quo vel Atheismi, Pantheismi, Deismi, Acosmismi et Fatalismi obiectiones sibi contraxit (v. De Spinozae philosophia dissert. scr. D. C. Rosenkranz, Halae et Lips. 1828. p. 27 sqq.). *Deum* (immanentem rerum causam) *esse* docuit, non vero *christianum*. Quare nunquam relig. Chr. amplexus est; quid quod ex libris suis (Tractatus historico-politicus; philosophia S. S. interpres) repetiere atque repetunt arma, qui vel nostris temporibus profligare cupiunt ea Christ. relig. decreta, quae circa res in facto positas versentur. — Memoratu digna est eius responsio Alberto *Birchio*, qui ipsum hortatus est, ut confess. catholicam amplecteretur, data. Cf. Spinoza, der grofse Philosoph, als er catholisch werden sollte. V. W. *Fels*, Leipz. 1829. p. 17 et 37.

1) v. c. Ammonius Saccas, Porphyrius, *Lucianus*.

Christiana, redierunt, memoratu dignissimus est Iulianus, quem *κατ' ἐξοχὴν ἀποστάτην* vel *παραβάτην* nominant [2]). Dolendum sane erat, quod vir, egregiis dotibus instructus, religionem Christianam, quam auctoritate sua potuisset confirmare, maluit deprimere. Quodsi vero eius cognoveris vitam, mitius feres de eo iudicium. Flav. Claudius Iulianus filius Constantii [3]), fratris Constantini imperatoris, atque Basilinae, filiae imperatorio praefecti, natus est a. 331. p. Ch. n. Interemtis ex Constantii suspiciosissimi mandato, excepto Gallo [4]) fratre, parentibus, ipse, Eusebia Augusta fautrice, Mardoino, servo ex hereditate familiae maternae accepto, traditus est educandus. Legendis Homeri carminibus hic praeceptor sensum pulcri honestique in puero studuit excitare, idque, natura fautrici adiutus, felici perfecit successu. Praeterea accurate eum religionem docuit Christianam, eratque in adolescente tanta phantasiae vis, ut martyres superstitiose coleret iisque templum Macelli, quae villa in Cappadocia sita erat, cum fratre ex-

---

2) Cf. Socratis hist. eccl. lib. III. c. XII. — Niceph. hist. eccl. lib. X. c. XX. — De aliis ignominiosis titulis huic Apostatae ab Antiochenis attributis vid. Baronii ann. 362. n. 81 sqq. — Rechenbergii diss. hist. polem. Tom. I. p. 369. — Petavium in praefat. ad Iuliani opera — Spanhemium in praef. op. Iulian. — V. Bruckeri hist. crit. ph. T. II. p. 282 sqq.

3) Memorabilis videtur hoc loco Luciferi Calaritani, metropoleos Sardiniae antistitis c. a. 358., liber de *regibus apostaticis*. In quo libro rectae fidei desertionem exprobrat Constantio Augusto, non sine malorum comminatione, quae regibus immineant apostaticis. Vid. Cave hist. litt. p. 139.

4) Exstat huius Galli epistola, operibus Iuliani adiecta et non nisi temere (ut ostendit Croze lib. p. 78.) *νοθείας* onerata suspicione; in qua leguntur contra illos, qui Iulianum non merito *ἀποστασίας* suspectum haberent, haec verba: *ἧκεν εἰς ἡμετέρας ἀκοὰς ἀποστῆναι μέν σε τῆς προτέρας θρησκείας τῆς ἐκ προγόνων παραδοθείσης, ἐπὶ δὲ τὴν ματαίαν δεισιδαιμονίαν ἐληλακέναι κ. τ. λ.* — Pagan. Gaudentius negat proprie fuisse apostatam Iulianum, quia fidei Christianae numquam ex animo se subiecerit, sed eam tantum, quod utile videbatur, simulaverit. Cf. Fabricianae bibl. histor. tom. III. p. 226.

strueret. Nihilo secius ad paganismum rediit, ad quem quidem reditum multa conferebant [5]).

Habuit Nicomediae consuetudinem cum Libanio, qui sacra Graecorum ipsi commendavit, nimiam. Desideravit fidem phantasiae ludibriis magis congruam. Vidit multos, externa professione religionis contentos, sese vitiis inquinare gravissimis. Lacerabat eo tempore Christianos lis Donatistarum, neque deerant ethnicorum nobilissimi, qui ipsum a Diis esse destinatum contenderent ad cultum illorum restaurandum. Quo factum est, ut „misellum et simplicem desereret Christianorum [6]) coetum atque, imperator creatus, nil antiquius haberet, quam ut suo firmaret exemplo proverbium illud tritum „„apostatas sui ordinis esse persecutores."" Qua re multa in Christianos statuit inique, non violenta quidem usus persecutione, sed insidiis. Namque observaverat Christianos φιλονεικοτέρους γενέσθαι βιαζομένους. Declaravit itaque lege singulari Christianos haud idoneos, qui munera vel ambirent vel administrarent [7]).

---

5) Vid. Betrachtungen über des Kaisers Juliani Abfall v. W. Crichton, Halle 1765. (Feindlicher Unmuth wider das Christenthum, Hauptgrund). — Defense du Paganisme par l'Empereur Julien etc. par Mr. le Marquis d'Argens. Berl. 1764. — Wiggeri de Iuliano Apostata. — Schroekh Lebensbeschreibung. — A. Neander: Ueber den Kaiser Julianus und sein Zeitalter. Leipz. 1812. — Kaiser Julian der Abtrünnige v. J. Körner. Schneeberg 1830. „ist keine historische, sondern in die Kategorie der histor. Romane gehörende, obgleich ästhetisch höchst schätzbare Schrift."

6) Cf. initium operis Iuliani cont. rel. Chr. a Cyrillo Alexandrino in fragmentis conservati lib. II. p. 49. ed. Lips., ubi inquit: καλῶς ἔχειν μοι φαίνεται τὰς αἰτίας ἐκθέσθαι πᾶσιν ἀνθρώποις, ὑφ' ὧν ἐπείσθην, ὅτι τῶν Γαλιλαίων ἡ σκευωρία πλάσμα ἐστὶν ἀνθρώπων κ. τ. λ. — Quod ad tempus defectionis attinet, definiri nequit, sed a religione desciverat prius, quam regnum capessivit. V. Amm. Marcell. lib. XXI. 11. „ut omnes, nullo impediente, ad sui favorem alliceret, adhaerere cultui Christiano fingebat, a quo iam *pridem* occulte desciverat, arcanorum participibus paucis."

7) Cf. Augustin. de civit. Dei lib. XVIII.

Ne studia literarum humanitatis tractarentur, vetuit. Iniurias ipsis illatas non vindicavit, dicens: *ὑμέτερον τὸ κακοπαθεῖν.* Fortunas iis eripuit, cavillatus se id agere, *ἵνα εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν εὐοδώτερον πορευθῶσι.* Restituit Deorum cultum; templa aperuit; sacerdotibus amissos reddidit honores; alios muneribus, alios auro ad defectionem sollicitavit; pauperum atque aegrotorum curam pontificibus peregrinorumque hospitium commendavit. Quid multa? teneram ecclesiae Christianae herbam radicitus evellere sibi proposuit. Sed frustra. Factum quidem est, ut Deorum cultus in urbibus pagisque refloresceret, sed ad breve tantum tempus. Quippe usu venit, ut exemplo suo demonstraret hominum, obsoleta instituta in vitam revocantium, conatus ad irritum cadere.

---

§. 7.

De lege Theodosii apostasiam vetante.

Non nactus est Iulianus successorem de Ethnicismo reducendo cogitantem, immo tota rerum facies prorsus est mutata. Invisum erat, quod inter omnes constat, Romanis, in iis, quae ad religionem pertinerent, quidquam mutari novarive [1]), eam potissimum ob causam, quod mutatam religionem ipsarum quoque legum et moris, a maioribus traditi, mutationem subsecuturam vererentur [2]). Itaque eorum, qui, quemadmodum Iulius Paulus Ictus, sub Antonino Caracalla cele-

1) Cf. De odiosis apud Gentiles novis peregrinisque sacris, tractatus insertus libro: Paganus obtrectator auctore Ch. Kortholtio p. 67. Lubecae 1703.

2) Sic v. c. apud Dionem Cassium lib. III. Maecenas suasit Augusto: *τὸ μὲν θεῖον πάντη πάντως αὐτός τε σέβου κατὰ τὰ πάτρια καὶ τοὺς ἄλλους τιμᾶν ἀνάγκαζε· τοὺς δὲ δὴ ξενίζοντάς τι περὶ αὐτὸ καὶ μίσει καὶ κόλαζε, μὴ μόνον τῶν θεῶν ἕνεκα, ὧν καταφρονήσας οὐδ᾽ ἄλλου ἄν τινος περιτιμήσειεν, ἀλλ᾽ ὅτι καινά τινα δαιμόνια οἱ τοιοῦτοι ἀντεισφέροντες πολλοὺς ἀναπείθουσιν ἀλλοτριονομεῖν. κἀκ τούτου καὶ συνωμοσίαι καὶ συστάσεις ἑταιρεῖαί τε γίγνονται, ἅπερ ἥκιστα μοναρχίᾳ συμφέρει.*

ber [3]), ait, novas et usu et ratione incognitas religiones inducunt, ex quibus animi hominum moveantur, honestiores deportabantur, humiliores puniebantur capite. Atque licet Arnobio [4]) Roma audiret „numinum cunctorum cultrix" et Romani gentium, quas subiecerant sibi, Deos, a sacerdotibus evocatos sollemniter, ampliorem locum promittendo cultumque, reciperent, — in uno tamen Christianorum Deo respuendo maxima fuit illorum obstinatio, quod ipsum coli non posse cum aliis audierant [5]). Haec igitur mutata sunt. Legibus enim commemoratis quamvis obstrepentibus, religio christiana in dies latius propagabatur. Augebant, quae ad cohibendos fierent progressus, eius vires; ethnicorum multi ad sacra desciscebant Christianorum; imperatores ipsi, et plebis favore erga Christianos incitati et plebis favorem magis incitantes, mitiores fiebant erga illorum sacra; varia iura, e. g. praedia acquirendi atque fundos, clericis concedebantur; ut verbo dicam, contigebat Dei O. M. cura provida, in ecclesia cum condenda tum servanda conspicua, haec rerum mutatio, ut inde ab anno 381 p. Chr. n. tanquam crimen existimaretur maiestatis laesae, si quis, Christiana religione relicta, ad Ethnicorum castra reverteretur. Ethnicismus hoc modo ecclesiae nostrae coactus est submittere fasces. Theodosii imperatoris lex potissimum, qua peracta est haecce rerum commutatio, tanti videtur esse momenti, ut hic apponere, in eorum haud dubie gratiam, quibus Corpus iuris civilis non statim est in promptu, non dubitem.

Ex Codic. Theod. Lib. XVI. Tit. VII. [6])

De Apostatis.

„His, qui ex Christianis pagani facti sunt, eripiatur facultas iusque testandi. Omne defuncti, si quod est, testamen-

---

3) V. lib. V. sententiarum receptarum tit. XXI. — Cicero lib. II. de legibus c. 8. dicit: „Separatim nemo habessit Deos, neve novos sed nec advenas, nisi publice adscitos, privatim colunto."

4) V. lib. VI.

5) Cf. August. lib. I. de consensu Evangelistarum c. XII.

6) Haec citata deprompta sunt ex tomo posteriori iuris civilis Ante-

tum submota conditione rescindatur. Christianis ac fidelibus, qui ad paganos ritus cultusque migrarunt, omnem in quamcunque personam testamenti condendi interdicimus potestatem, ut sint absque iure romano. Eorum quoque flagitia puniantur, qui Christianae religionis et nominis dignitate neglecta Iudaicis semet polluere contagiis. — Alio loco: Hi, qui sanctam fidem prodiderint et sanctum baptisma profanaverint, a consortio omnium segregati sint, a testimoniis alieni, testamenti, ut ante iam sanximus, non habeant factionem, nulli in hereditate succedant, a nemine scribantur heredes. Quos etiam praecepissemus procul abiici ac longius amandari, nisi poenae visum fuisset esse maioris versari inter homines et hominum carere suffragiis. Sed nec unquam in statum pristinum revertentur, non flagitium morum obliterabitur poenitentia, neque umbra aliqua exquisitae defensionis aut muniminis obducetur, quoniam quidem eos, qui fidem, quam Deo dicaverant, polluerunt et prodentes divinum mysterium in profana migrarunt, tueri ea, quae sunt commentitia et concinnata, non possunt. *Lapsis* etenim et errantibus subvenitur, *perditis* vero, hoc est sanctum baptisma profanantibus, nullo remedio poenitentiae, quae solet aliis criminibus prodesse, succurritur. — Si quis splendor collatus est in eos vel ingenitus dignitatis, qui, fide devii et mente caecati, sacrosanctae religionis cultu et reverentia descivissent ac se sacrificiis mancipassent, perdant, ut de loco suo statuque deiecti perpetua urantur infamia ac ne in extrema quidem vulgi ignobilis parte numerentur. Quid enim his cum hominibus potest esse commune, qui, infandis et feralibus mentibus gratiam communionis exosi, ab hominibus recessere? — Apostatarum sacrilegum nomen singulorum vox continuae accusationis incesset et nullis finita temporibus huiuscemodi criminis arceatur indago. Quibus quamvis praeterita interdicta sufficiant, tamen etiam illud iteramus, ne quam,

---

iustinianei codicum et optimarum editionum ope a societate Iurisconsultorum curati, cui praefatus est G. Hugo I. U. D. etc. 1825. const. 4. §. 1. Cod. Theod. de apostatis XVI. 7.

postquam fide deviaverint, testandi aut donandi quidpiam habeant facultatem, sed nec venditionis specie facere legi fraudem sinantur totumque ab intestato Christianitatem sectantibus propinquis potissimum deferatur."

Haec proposita lex orta est ex illa imprimis ethnicorum consuetudine, secundum quam futurae immunitatis spe, neque vero religionis studio ducti, Diis valedicere soliti, quum se nihil profecisse vidissent, cum illis in gratiam redierunt. — Nota res [7]) est, iam Constantinum imperatorem (de imperatorum ante Constant. M. in Christianos eorumque religionem favore scripsit D. *Hirt* exercitationem historico-ecclesiasticam. Ienae 1758.) multis modis adiuvisse rem Christianorum *ita*, ut pagani Christianae religionis principatum agnoscere cogerentur. Clericos eadem immunitate, qua Deorum cultores erant insigniti, ornavit; tempus ludorum saecularium silentio transmittendum putavit; edictis sacrificiorum aut aruspicinae ad civium vel imperii tranquillitatem perturbandam abusum cavit; diem dominicum inter ferias publicas retulit; templa Christianis concessit, denique Veneris Nilique cultum, impudicitiam sustentantem, prohibuit. At vero his decretis ethnicorum non adeo imminuta est ab imperatore libertas, „ut se a Deorum cultu abduci vel ad Christi professionem vi adduci iure quodam possent queri." Lege vero supra laudata (et iis, quae deinceps, suasore potissimum Ambrosio, episcopo Mediolanensi, peregit; notum est autem a. 391 duabus legibus, altera ad Albinum, altera ad Evagrium data, interdictum esse templorum aditu et simulacrorum cultu) gravissimum Theodosius intulit ethnicismo vulnus, nullo tempore resarciendum. Praeterea deinde sancitum est [8]), „ut, qui victimas caederent, maiestatis rei haberentur; qui Deos thurificatione, libatione,

---

7) V. dissert. *Rudigeri* de statu et conditione Paganorum sub imperatoribus Christianis post Constantinum. Vratislav. 1825. — Eusebii hist. eccl. X. 7. *Sozomeni* h. e. I. 9. *Zosimi* II, 7.

8) V. Rudigeri laudat. diss. p. 57 sqq.

luminibus accensis vel sertis suspensis honorarent, domo seu possessione multarentur; denique qui in templis publicis aut in aedibus agrisve alienis ea peregissent, viginti quinque libras auri fisco inferre cogerentur; iudicibus autem conniventibus triginta librarum auri mulcta interdiceretur." Quo factum, ut in pagis, unde, ex Schroeckhii, Neandri aliorumque sententia, paganorum [9]) nomen invenerunt, tantum Deos vel tacita cogitatione colere liceret.

---

§. 8.

De apostasia ad Mahometismum.

Ita Deo O. M. moderante, quae tristissima acciderant ecclesiae prioribus post Chr. n. saeculis, in bonum cesserunt eventum, firmioremque in ipsum fiduciam Christianorum potuerunt reddere. Nunc, quum, Ethnicismo oppresso, religio Christiana teneret principatum, in omnibus fere celebrioribus imperii romani oppidis, in vicis pagisque condebantur ecclesiae atque per missos longe lateque proferebantur Christianismi fines.

Quo prosperius hoc evenit, eo acrius est dolendum, quod in ecclesia, extrinsecus pacata, simulatque paululum resederat persecutionum vexationumque furor, nova exorirentur certamina, quae intestina dici possunt bella, odiumque excitaretur novum, olim adversus gentiles, nunc in haereticos, quos vocabant, conversum.

Namque doctrina N. T. de Deo uno, omnium rerum creatore atque rectore, Spiritu perfectissimo, legis, quae dicitur, moralis auctore, malefactorum vindice, homines paterno amore complectente, pie colendo; doctrina de Iesu Christo, Messia,

---

9) Ex aliorum (cf. August. Ernesti Neue theol. Bibliothek VIII, 6.) sententia gentiles Christianis veteribus dicebantur *pagani*, quod Christi milites non essent. Ictis dicebantur pagani omnes, qui non sunt milites. Plin. lib. X. epist. 18. Apud Tacit. quoque hist. III. c. 42: „Vos nisi vincitis, pagani."

qui institutione, exempli propositione atque mortis expiatoriae perpessione Salvator exstitit generis humani, cui sit fides habenda atque obedientia praestanda; doctrina de amore mutuo, de ritibus sacris obeundis, de vita animi aeterna — haec doctrina eandem, quam expertus erat. Mosaismus, qui dicitur, subiit sortem. Enata est paulatim variis additamentis eius degeneratio atque multiplex a nativa simplicitate aberratio. Iudaei, novam fidem amplexi, ex suis varia solebant addere; idem sibi licere putabant ex paganis Christiani. Disciplina inventa arcani; traditio ecclesiastica auctoritate ornata; Gnosticorum de aeonibus commenta cum evangelio mixta; Alexandrinorum Platonicorumque de λόγῳ placita ad Christum translata; ab his, scholam alexandrinam, Origine, Mopsuesteno antesignanis, secutis, sublimiorem verbis sensum inesse statuentibus, litera contemta; ab illis, africanae scholae placita amplexis, defensa. Quo factum est, ut de trinitate, de duplici Christi natura, de eius ad patrem ratione, de humana natura eiusque ad bonum sponte eligendum infirmitate atque saepissime de quaestionibus subtilitatum tricis impeditis disputaretur et nomina Sabelliani, Docetae, Ariani, Monotheletae, Monophysitae, Nestoriani, Eutychiani, Pelagiani etc. audirentur. Ut his aliisque iurgiis, ecclesiae pacem turbantibus, finis imponeretur, convocari solebant synodi, quarum, quum Sp. Sti. illuminatione gloriarentur, esset componere lites, atque (utinam alteram quoque formulae baptismalis partem — τηρεῖν τὰ πάντα — magis respexissent!) constituere, quae sint Christiano credenda. Qui de fidei vero in hisce conciliis propositae veritate, peculiari interdum modo probata (v. c. ἐν συνόδῳ λῃστρικῇ), anxii dubitavere, haereticorum vel heterodoxorum nomine nuncupati anathemate videbantur puniendi. Christiani, quod supra significatum est, hoc modo inter se discordes atque saepissime de verbis lanaque caprina certantes, hosti, extrinsecus irrumpenti, resistere non valebant.

Exortus autem est atrox religionis Christianae hostis, Mahometes.

Fanaticus hicce vir primo ad mercaturam animum ad-

iecerat, sed vitae huius pertaesus, post annum quadragesimum aetatis prophetam egit, revelationes divinitus sibi factas iactitavit atque dictitavit se esse a Deo missum, ut perfectissimam in terra conderet religionem [1]). Consilio vi armisque propagandi suam doctrinam perficiendo magnum tempus illud attulit adiumentum. Gliscebat, uti vidimus, inter Christianos discordia; somniabant Iudaei Gemarae atque Mischnae somnia; defendebant Magorum placita adversus monachos Parsi; torpebat orientale imperium; turbabant graviter occidentem Longobardi. Quare evenit, ut ipsius gladio et Chalifarum fortitudini [2]) mox florentissimae terrae regiones, Arabia, Persia, Aegyptus, Hispania, succumberent atque ecclesiae nostrae vulnera infligerentur tanta, ut iis ad hoc temporis momentum frustra doctorum assiduitas studuerit mederi. Innumeri, qui iam Christo fidem dederant, ut vitam servarent terrestrem, religionem eiurabant. Externa vi ad commutandam religionis professionem adactos nolumus quidem vocare apostatas, (nam Christianorum nomen iis quoque denegandum censemus, qui, Caroli Magni iussu in flumen abacti, aqua adspergebantur) sed fidei Christianae novum inde paratum fuisse periculum necesse est concedamus.

Accedebant enim ad vim externam aliae res. Alliciebat

1) Cf. Der Coran oder das Gesetz der Moslemen durch Muhammed, den Sohn des Abdallah. Auf den Grund der vormaligen Verdeutschung F. E. Boysen's von Neuem aus dem Arabischen übersetzt, durchaus mit erläuternden Anmerkungen, mit einer historischen Einleitung, auch einem vollständigen Register versehen, v. D. S. F. G. *Wahl etc.* Halle 1828. — Neminem fugit Mahometem sacras et Iudaeorum (adiuvante Ebn Nawsal) et Christianorum (Nestore monacho duce) literas despoliasse atque commentis Koraischitarum Zabiorumque sua addidisse. Quare Millius commentari potuit „de Mahometanismo ante Mahometem." — Ueber den Propheten zu Mecca und die Wirkungen seiner Lehre v. Pr. Schacht zu Mainz. In den Politischen Jahrbüchern der Geschichte und Staatskunst. 1831. Juni.

2) Magnos armorum progressus prolixe enarrat Simon Ockley, in historia Saracenorum (anglice scripta). v. Iablonsky instit. hist. Chr. Francof. ad Viadrum. 1754. p. 205.

ad apostasiam tota religionis mahometicae indoles, voluptatibus maxime accommodata atque illecebris. Instituebant Muslemi ubivis, studio magis novae religionis propagandae quam literarum amore, scholas v. c. in Hispania [3]), a Christianis vel ex Gallia frequentatas.

Dabatur venia [4]) quoque Muslemis matrimonia cum Christianis ineundi, qui postea Arabum moribus atque institutis adsueti Mozarabes nominabantur. Efficiebant porro expeditiones cruciatae, ut Christiani cum Corani asseclis arctiorem contraherent familiaritatem, cuius vel testes sunt Pullani atque Turcopuli [5]). Pellebat insana nonnullorum paparum severitas, teste Raynaldo [6]), multos ad Arabum castra. Reddebat denique doctrina ipsa de Deo uno [7]) Christianos non pau-

---

3) Vid. Iuliani, Petri ecclesiae sanctae iustae Toletanae archipresbyteri, qui vixit tempore Alphonsi Raymundi, regis Hispaniae, chronicon. Cod. lat. ms. Musei Dieziani p. 85. atque Comment. supra laud.

4) Schott, Andr., Hispania illustrata. Francof. 1603—1608. 4 Voll. Fol. tom. I. p. 698., t. III. p. 41., t. IV. p. 222.

5) Turcopuli (quasi Turcarum filii: ea enim est vis dictionis πῶλος apud Graecos recentiores), qui vel nutriti apud Turcas, vel de matre Christiana, patre Turca procreantur. V. Du Fresne Glossar. — *Pullani*, qui de patre Francigena et matre Syriana vel vice versa generati erant. „Ipsius quoque terrae novi indigenae, quos Pullanos vocabant, Saracenorum *infecti vicinia*, *non multum ab eis fide vel moribus discrepabant*, atque inter Christianos et Saracenos tanquam quidam neutri esse videbantur." Cf. Du Fresn. Gl. sub h. v. — „Et vero tantum abest, ut commercia cum Mahumedanis post etiam vitaverint Christiani, ut potius plures hoc viro infectos, purioribus sacris proh dolor! relictis, ad castra eorum apud Arabes historicos (nostri enim scriptores hoc rarius narrant) legamus transiisse. Causam facilitati huius secessus pessimi Christianorum mores dissidiaque dederunt, qui quales tum fuerint, descripsit Hottingerus lib. II. Histor. orient. c. 11. de statu Christianorum tempore orti Mahumedismi." Vid. Fragmenta histor. philosophiae ed. de Windheim. Erlang. 1753. p. 22. g.

6) Cf. Raynaldi ad Bar. 1231. n. 89.

7) Christiani cum 1248 (Hedschret 640) cepissent Murciam, eorum rex Gymnasium condidit, ubi ille Mohamed (Ben Ahmad Aracathi

cos procliviores circa Mahometismum. Ex his dictis prono videtur fluere alveo, periculum tum ecclesiae minitatum esse magnum [8]), quod vel monstrant Zigabeni, Martini aliorumque apologiae, ad mahometicam religionem refutandam compositae; quod testantur Lulli atque Raymundi de Pennaforti Arabes convertendi artes; quod probant dirae, quas imprecatus est papa iis, qui Muslemis propitii esse vel *μαγαρίζειν* [9]) existimarentur.

Fridericum [10]) Secundum imperatorem atque Templa-

Abu Backer, philosophus, medicus, mathematicus, musicus insignis) Christianos, Muhamedanos et Iudaeos varias disciplinas et linguas edoceret. Christianorum regi, cum aliquando eum alliceret ad religionem Christianam amplectendam, respondit: *vix uni Deo par sum colendo, quid si plures colendi?* Vid. Henrici Middeldorpf Comment. de institutis literariis in Hispania, quae Arabes auctores habuerant, (praemio orn. Gott. 1810.) p. 46. Poetas quoque graecos tantum abfuit ut studio suo amplecterentur, ut etiam ipsis tanquam polytheismi osoribus invisi essent, praeterea que iis frigere viderentur. Vid. comment. laud. p. 66.

8) Cf. contra: De commodis nonnullis, quae ex Islamismo ad rempublicam Christianorum redundarunt, prolusionem scripsit *Ianus Möller*. Th. D. rel. Hauniae 1813.

9) *μαγαρίζειν*, magarizare, Saracenicam vel Mahometicam impietatem non modo profiteri, ut quidam volunt, sed maxime post *abdicatam et desertam religionem Christianam*, a qua qui transibant ad Musulmanismum, *μαγαρίζειν* dicebantur, vocabulo, quod significat stercore faciem conspurcare, ut auctor est Leunclavius in Pandecte Turcico n. 22. *Magarita* i. e. apostata, Chr. relig. desertor — v. Du Fresne. Haec vox substant. posita apud Anastasium in hist. eccles. non semel occurrit.

10) Nota sunt huius imperatoris cum Pontificibus, quorum maxime intererat, ne orbis saperet, certamina. Qui cum suasore papa ad iter bellumque in Oriente gerendum in concilio, 1223 Ferentini habito, iure iurando se obstrinxisset et fidem 1225 iterum datam non servasset, a Gregorio IX. diro anathematis fulmine est percussus. Profectus denique a. 1228 res bene gessit, licet papa patriarchae Hierosolymitano, Ptolemaide tum degenti, equitibusque cunctis diligenter imperaret, ne ipsum vel agnoscerent vel adiuvarent. Dum vero commorabatur imperator in Asia, papa Siciliae cum *clavigeris suis* occupandae consilium cepit. Quo nuntio audito, rediit et quamquam omni

rios [11]) inveniri in horum devotorum numero, non est, quod

---

studio prohiberetur, ne cruce signati transfretarent, Siciliam papae eripuit pacemque 1230 composuit. Quum vero iam de Lombardia, terra hereditaria, cogitaret occupanda, nova exardescebant cum papa certamina, ita ut imperator denuo excommunicatione afficeretur. Quum vero Gregorium oppressisset, hostis ecclesiae dictus est, papa et monachis frementibus Fridericum esse antichristum, Arabibus, Mahometanis et infidelibus omnibus peiorem; confectum ab eo librum de tribus baratatoribus; legi Saracenicae magis eum consentire, quam legi Christianae; cum esset in partibus transmarinis, compositionem fecisse cum Sultano, ex qua Mahometis nomen in templo Domini diebus noctibusque publice proclamari promiserit (v. Raynald. a. 1229 n. 255. Gieseler K. G. tom. 2. p. 119), atque etiam secundum morem Saracenicum se habere, et quae sunt huius generis alia. De hoc opprobrio hoc notandum est. Quum in Sicilia, cuius incolae plurimi Muslemi erant, adolevisset, quum imprimis auctores graecos ex arabico sermone vertendos curasset (de meritis huius principis in re literaria doct. disput. Cel. Schneider ad Frid. II. reliqua Vol. I. praef. p. XI. Vol. II. p. 81.), ex invidia tantum paparum, quorum insatiabilem regnandi cupiditatem opprimere studuit (vid. de pontificum eccl. Chr. maximorum potestate eaque nimia, quam imperatores praeprimis germanici perpessi sunt, comment. hist. eccl. script. a G. W. A. *Fikenscher*. Norimbergae 1813.), in eiusmodi protrusus est suspicionem. Et quamquam apud Abulfedam IV. p. 349. Cadi Gemal-ed-din Ibn Kasel de Friderico dixit: „Erat vir inter Francorum principes ingenii dotibus excellens, philosophiae et logices et medicinae amans, *animo in Muslemo propensus*", tamen, quae Schlosserus — Weltgesch. B. III. Th. II. Abth. I. p. 147, 407, 425. — ex Alberico de Friderico incredulo (in cuius orthodoxiam archiepiscopus Palermitanus ante synodum Lyonensem inquisivit, v. Matth. Paris. historia maior atque Chronicon Urspergense) narrat, falsa sunt habenda.

11) Milites, quorum ordo institutus ab Hugone de Pagania et Gaufredo de St. Aldemaro atque aliis, quibus Balduinus II. rex partem palatii sui prope templum Domini concessit, Templarii sunt nuncupati. Obstricti erant voto ad vias publicas securas reddendas in eorum gratiam, qui ad sepulcrum sacrum peregrinationes susciperent. Facultates proprias non possidebant; mox opes liberalitate mirum in modum auctae. Quum mysteria nonnulla, *τοῖς ἔσω* tantum cognita, colerent, quum ab iis, qui se ordini adiungere vellent, Christi crucisque abnegationem postulasse criminarentur, foederaque cum hostibus Christiani nominis iniisse, quum sub nomine Baphometi (qui aliis Mahumet, ei-

mireris; iam ἐπιείκεια quaedam in Mahometem Elmacinum [12]) quoque in horum traxit societatem.

Nunc vero ad rem pertinet nominare, qui sua sponte, variis rationibus excitati, ad Mahometis castra transierint, inter quos, ut de aliis sileamus, memoratu digni videntur, quorum nomina infra recensebimus [13]).

Immutata adhuc mansit apostasiae notio; sed nunc de peculiari eius significatu erit disserendum.

---

dem Raimundo de Agiles Bahumet appellatur, — Bafumaria, templum Muhameti dicatum, aliis Machumaria dicitur, v. du Cange Gloss. s. h. v. — vid. Magaz. encycl. 1810. T. VI., ubi Silvester de Sacy identitatem, quam Hammerus denegavit, demonstravit — cf. Wilke Gesch. d. Tempelh. Gött. gel. Anz. 1826. p. 1041—46.) Mahometem coluisse dicerentur, rumor sparsus est ipsos ad Turcas transiisse. Quare ac si religione Christiana defecerint, vexati sunt; ordo denique sublatus. Excidium vero, quod sunt experti, equidem non ab haereseos crimine, conficto puto, ut saevitiae exemplum specie honestiore ad vulgus excusaretur, sed ab opum magnitudine, papae principumque invidia repetendum esse censeo.

12) Elmacino, homini Christiano et historiae Saracenicae scriptori, propterea nonnulli apostasiae ad Muhametanos notam inurere voluerunt, quod, inusitata usus ἐπιεικείᾳ, Muh. prophetam gloriosae memoriae etc. appellaverit. Conf. diss. de apostatis falso et merito suspectis p. XVI.

13) Numero eorum, quos Schroekhius in hist. eccl. t. 25. p. 24 — 25. commemorat, addi possunt: *Ioa. ab Hispalis* (cf. Baron. ann. ad 1136); *Adamus Neuser*, Suevus, in Lutheranorum religione educatus, qui Constantinopoli Mah. fidem exosculatus 1576 obiit; *Albertus Bobovius*, gente Polonus, eiurata fide, Ali Beigh vocatus (cf. Bocris. diss. infr. laud. II.); *Occhiati*, Calaber, † 1573; *Cigala*, Siculus, necatus 1605; *Menu*; Comes *de Bonnival*, cf. Die Lehren der Religion, erläutert durch Beispiele v. Haupt. 4 B. 1830. p. 157. — Hic quoque nominari potest Crypto-Muslemus *Bodia y Leblich*, de quo apud Pierium: Er war geb. 1766, reiste als Muhamedaner unter dem Namen Ali-Bei mit allen Gebräuchen des Islamismus bekannt und sah so in Africa Manches, was man den sogenannten Ungläubigen nicht sehen liefs. Cf. Ali-Bei's Reisen in Asien und Africa 1803—1807. Paris 1814. Er starb auf einer 2ten Reise, wahrscheinlich ermordet.

§. 9.

De apostasiae notione in ecclesia peculiari.

Quamquam Cicero naturam hominis ita generatam dicit, ut habeat quiddam innatum quasi civile atque populare, tamen inter omnes fere populos vitae solitariae apparent vestigia. Ii vero, qui solitariam vitam praepostero consilio degere instituerunt, cum mentem in cogitata perfecti et excellentis specie defixissent sperarentque fore, ut summae vel perfectionis, vel felicitatis, quam mente et cogitatione finxissent, participes fierent, quo facilius ad divinae sortis commercium eveherentur, ab hominum se celebritate removerunt, abstractoque a vitae iucunditatibus animo corpus enecandum putaverunt. Ex eo genere iam a. Ch. n. nonnulla reperiri apud Graecos, Romanos [1]) atque Iudaeos [2]), in vulgus notum est.

Semina vero haec, variis religionis nostrae effatis adiuta, Orientalium potissimum inertiae tam grata erant atque accepta, ut apud illos revera monachicae vitae reperias incunabula. Accidit autem saepenumero, ut a parvis initiis res proficiscerentur maximae; ut tum factum est. Nam monachatus non videbatur sane ad tantam, quanta postea gavisus est, amplitudinem perventurus esse, cum, Pachomio atque Antonio coryphaeis [3]), nonnulli in Syriae atque Aegypti eremos fugerent vexati. Ne-

---

1) V. Müller de hierarchia et studio vitae asceticae in sacris et mysteriis Graecorum Romanorumque latentibus. Accedit auctarium de disciplina arcana Eleusiniorum. Hav. 1803.

2) Huc pertinent Rechabitae (v. Biblisches Realwörterbuch v. G. B. Winer. Leipzig 1820. p. 567.), Naziraei (נזירים, e voto obstricti Deoque consecrati). Conf. Antiquitas hebraica breviter descripta ab I. H. Pareau, Traiecti ad Rhenum MDCCCXVII. p. 127. — Reinhards Reformationspredigten, mit histor. Anmerkungen herausgegeben von D. L. Berthold. Erster Band. 1823. p. 400 etc. Contra: Dasson, Diss. vita monastica et Nasiraeorum inter se collata. Kil. 1703. 4. et Less progr. super lege Mosis de Nasireatu Num. VI. prima eaque antiquissima vitae monasticae probatione. Goett. 1789. 8.

3) Conf. Suiceri thes. sub v. μοναχός.

mo ignorat sub finem saeculi secundi plures Christianos ob Diocletiani saevitiam confugisse in eremos, ut Dominum, qui neque uxorem duxit nec quidquam in mundo possedit, imitando animum a rerum externarum contemplatione sevocarent, multa de contemnendis rebus humanis dicerent, corpus, ex Gnosticorum opinione malorum sedem, fame laboribusque debilitarent atque ita ad arctiorem cum Deo consuetudinem tenderent. Monachatus hoc modo ortus decursu temporis tantas sociorum copias complectebatur, ut, si recenserentur, Xerxis exercitum longe superare viderentur. Utrum hoc vivendi genus plus nocuerit an profuerit, hoc loco non quaeritur. At hoc volui dicere. Qui eiusmodi vitam monasticam eligebat serioribus temporibus, teste Bellarmino, tribus obstringebatur votis, paupertatis, continentiae sive castitatis atque obedientiae nec non, ex Benedicti sententia, stabilitatis [4]). Quae quidem vota qui nuncupaverat, postea vero sine dispensatione [5]) neglexerat [6]), apostasiae criminis reus factus atque apostatae

---

4) Cf. Asceticon sive originum rei monasticae libri decem; auctore Ant. Dadino Alteserra; recens. ac praef. notasque adiecit Chr. Fr. Gluck. Halae 1782. p. 362. cap. XIV. „In professione benedictina primam ceram implet *votum stabilitatis*, cui quasi ancillantur conversio morum et obedientia." — Votum stabilitatis huiusmodi est, quo profitens ex voto promittit stabilitatem non modo in *religione*, verum et in ipso monasterio, in quo profitetur.

5) Licere summo pontifici dispensare contra votum sollemne religionis propter plenitudinem potestatis, quam habet in spiritualibus, non sine gravi causa, puta ob causam publicam, et revera factum esse exemplis *Rumiri*, in regem Arragonum evecti, *Casimiri* Poloni, *Alphonsi VI.* a. 1073 e monacho regis Castellae facti, *Constantiae*, natae Rogeri regis Siciliae, Henrico III. imperatori nuptae, c. XVI. lib. cit. p. 374 — 77. uberius demonstratur. Si monachi professi temere, i. e. sine causa, monasterium relinquant ex iusta causa: tamen his licet egredi monasterio sine vitio apostasiae, permissu Superiorum, puta ut parentes egenos alant sua industria. p. 373. lib. laud.

6) V. Ch. Thomasius de desertione ordinis ecclesiastici. — Ricciulus (archiepisc. Cosenzae, † 1610.) de iure personarum extra gremium ecclesiae existentium lib. VI., VII., VIII. — quae scripta inspiciendi mihi non data est opportunitas.

vel praevaricatoris nomine insignitus est. De huiusce criminis poenis [7]) conferas quae apud Alteserram leguntur. Habes singularem apostasiae notionem, quam supra significavi. Sed restat alia.

Continuatur instituta disputatio.

Mos erat, quem norunt omnes, in ecclesia apostolica hic, ut quilibet Christianus, cui docendi esset facultas, ad fidem gignendam atque servandam alios edoceret. Quo more sublato, cum saepissime turbarentur ecclesiae, doctores certi, (secundum electionem Matthiae, conf. Act. Apost. c. I. v. 26.) sorte electi, constituebantur, quibus et docendi et res administrandi sacras imponeretur munus. Qui doctores publici, quum sensim Vet. Test. sacerdotium ad rem Christianam applicarent [1]), atque semet-

7) Monachi, cum voto obstricti cucullam exeunt et ad vitam saecularem redeunt, a suo gradu apostatare dicuntur. Apostasiae poenae huius modi sunt (cf. Asceticon p. 369.): quod monachi transeuntes ad militiam vel ad nuptias non absolvuntur nisi peracta poenitentia publica; quod non admittuntur ad Clericatum etiam post poenitentiam; quod non admittuntur ad quampiam militiam, et si ad aliquam irrepserint, ea spoliantur et traduntur curiae civitatis (p. 370.); quod arcentur ab hereditatibus parentum; quod non recipiunt res monasterio illatas; sed eae remanent penes monasterium.

„Apostasiae poenas canonicas et civiles sequitur etiam nonnumquam vindicta Numinis. — Desertores (p. 371.) a daemone vexantur; peiores fiunt; maledici et vituperatores vitae monasticae; sollicitant alios ad defectionem, ut in turba peccantium lateant et aliorum lapsu suo pudori consulant (p. 372.); cum Deo sint infideles, hominibus fidem suam nimis suspectam faciunt, cunctis exosi, viles et contempti." V. l. laud. cap. LV. p. 366—374.

1) Cf. Oratio de incommodis et malis ex perversa veteris oeconomiae imitatione in civitate et ecclesia christiana ortis. Ins. est opusculis I. H. *Verschurii*, in quibus de variis s. lit. locis etc. disseritur; ed. I. A. *Lotze*. Traiecti ad Rhenum MDCCCX. p. 138—161. — „Ein grosser Theil des Unheils der spätern Christenheit entstand aus lauter heillosem Respecte für die erste Juden- u. Römerkirche." Herder Geist des Christenthums. p. 223.

ipsos cum Iudaeorum sacerdotibus conferre solerent; quumque mox illud Hieronymi decantaretur effatum: „ecclesiam non esse, quae non habeat sacerdotes"; accidit, ut singularis clericorum, a laicis diversorum, ordo [2]) formaretur. Huic ordini singuli ordinatione [3]), cuius ritus primum Act. VI. v. 1—7 mentio fit, quadam adscribi solebant. Qua initiatione, officii sacri causa recepta, manuumque impositione facta, cum charisma apostolicum impertiri posteriore tempore superstitiose crederetur, seiuncti a profanis charactere quodam indelebili [4]) coeperunt gloriari. De quo quidem reticent libri sacri; sed nihilominus apostasiae crimen obiiciebatur iis, qui, illa accepta, redirent ad laicorum statum; quod crimen aeque illis

2) Nullum aetate apostolica discriminis inter clericos et laicos vestigium; dicti vero universim Christiani sacerdotes et dignitate sacerdotali gaudentes. 1 P. II. 5. 9. Apoc. 1, 6. 5, 10. 20, 6. Cf. Kleukeri diss. de Iesu Christi ecclesia etc. Kiliae 1817. p. 12.

3) De ordinatione Apostolorum ambigitur, nam verba Luc. 24, 50: *ἐπάρας τὰς χεῖρας*, non significant manuum impositionem, sed: sublatis in coelum manibus (iis benedixit). In loc. in Actis Ap. c. VI. 1—7. ita commentatus est *Morus* (Vers. et expl. Act. A. P. I. p. 138.): „Primum hoc est vestigium confirmationis alicuius publicae in Christiana ecclesia, eorum, qui munere aliquo publico fungi volunt; quod exemplum deinde in imitationem tractum et ordinationis nomine usurpatum. Facile apparet palmariam rem esse *preces*, quod a Deo expetuntur huic homini dona. Manuum autem impositio de more Iudaeorum accedit, non quo id habet aliquam vim, nam quis manu imponenda serio persuadeat sibi hominem homini tribuere posse aut aliud quid? Sed fit ideo, ut demonstretur δεικτικῶς pro quo precamur, cui bona apprecamur." Cf. Denkwürdigkeiten aus der christlichen Archaeologie — v. D. *Augusti*. 9. B. Leipz. 1828. p. 335. Die Ordination etc. — bis 454.

4) V. Mantissa de tribus Europae religionibus cardinalibus materiisque cognatis; adiect. C. Calvori de variis orbis relig. operi hist. dogm. Lips. 1705. p. 680. „Et quidem per sacram ordinationem dari Spiritum sanctum ac imprimis characterem in anima, hoc est signum quoddam spirituale et indelebile." — porro: „characteris talis probationem desideramus. Sacerdos per mortalia peccata hanc gratiam, quae propterea non est indelebilis, amittere potest etc." — Cf. Journal für Predig., herausgegeben v. Bretschneider, Goldhorn u. s. w. Jahrgang 1829.

est impositum, qui, lege de matrimonio, a quo clerici prohibebantur, lata, agerent nuptias [5]). Hoc quoque apostasiae genus, quod facile intelligitur, strenue est vetitum [6]).

§. 10.

Notio apostasiae mutatur; defectionem a papismo, quem dicunt, significat.

Quibus rebus id effectum sit, ut ex romano episcopo patriarcha fieret atque papa, de cuius arbitrio tota ecclesia mox dependeret, id nos in nostra quaestione morari non debet, atque iis potius curae est cordique, qui, subordinationis, quam dicunt, ecclesiasticae vestigia inquirendo, de veris auctae dignitatis pontificiae romanae epochis scribendum sibi sumunt [1]). Iam mature episcopi romani, successores Petri [2]) apostoli sibi

5) Quare Ioa. Apellus, canonicus Herbipolitanus, qui a. 1523 matrimonium cum virgine monastica contraxerat atque S. sacrae auctoritate usus vitam coelibem repudiaverat, munere deiectus urbeque expulsus est. Huc conferri possunt quae scripserunt *Werkmeister* u. *Salat:* Ueber die Aufhebung des Coelibats. Deutschland 1818. Freimüthige Darstellung der Ursachen des Mangels an kath. Geistlichen. Ein Gutachten der theol. Facultät zu Landshut. Mit kritischen Bemerkungen begl. v. D. Huber. Rotweil 1818. *Theiner*.

Novissimus defensor coelibatus est D. C. A. v. *Droste-Hülsdorf* in libro: Grundsätze des gemeinen Kirchenrechts der Cath. u. Protest. II. B. Münster 1830. p. 74—101.

6) Iam Nicolaus II. papa in synodo romana, a. 1059 habita, edictum promulgavit: „De his autem Clericis, qui tonsuram proiiciunt et a Clericatu recedunt, quos Apostatas Iulianistas iure vocitamus, ut, nisi ad professionem clericatus redierint, omni Christiana communione priventur."

1) V. Plankii progr. de veris auctae dominationis pontificiae epochis. Gotting. 1791. 4. — Eiusd. Geschichte des Pabstthums B. I—III., sive Geschichte der christl.-kirchlichen Gesellschaftsverf. B. III—V. Hannov. 1805—1809. — Media, quibus Roma papalis condita, conservata et fines propagare studet, recensita cum antidoto ab Henr. Lud. Benthem. Cellis MDCLXXXVIII.

2) Ex verbis, quae leguntur apud Matthaeum c. XVI. v. 18. σὺ εἶ Πέτρος κ. τ. λ. Pontificii sibi, tanquam successoribus Petri (Eusebius

visi, in quos ab ipso ligandi et solvendi sit derivata potestas, summam utriusque regiminis affectabant. Hanc in ecclesiam atque civitatem dominatus exercendi aviditatem mirifice fovebant effata patrum ecclesiae, dignitatem episcopalem nimis efferentia [3]). Accedebant aliae res.

Opportunus imperatorum ex orbis romani capite, ab antiquissimis temporibus celeberrimo, in Orientem secessus; occidentalis regni per Germanos interitus; iudicium ab imperatore Phoca pronuntiatum; vastatae Saracenorum armis Orientis ecclesiae; ambigua Pipini donatio Carolique Magni grata mens, Christo nocua [4]); impia Ludovici pii pietas; frequentes in causis atque controversiis appellationes; doctrina de potestate ecclesiastica, ex libris suppositiciis [5]), falsoque pro veteribus

---

h. e. l. III. c. 2. 3. 14. Paulum et Petrum martyria Romae passos esse memorans, Petri principatum plane ignorasse putetur, Paulum loco priori subinde nominando; vid. De Iesu Christi, Serv. hom., ecclesia et *ecclesiis diss.* a *D. I.* Kleukero script. Kiliae MDCCCXVII. p. 25. *not.), singularem* atque divinam vindicant potestatem. Quod quo iure faciunt, conf. Kuinoelii Commentar. T. I. p. 438 sqq. et Bigae commentationum de morali primaevorum Christianorum conditione; ed. Neostadtii ad Orlam 1826. p. 9. not.

3) Ambrosius v. c. (de dign. sacerd. c. 2.) „Honor igitur, inquit, fratres, et sublimitas episcopalis nullis poterit comparationibus adaequari. Si regum fulgori compares et principum diademati, longe erit inferius, quam si plumbi metallum ad auri fulgorem compares." — Chrysostomus: *ἡ ἱερωσύνη τοσοῦτον ἀνωτέρω βασιλείας ἕστηκεν, ὅσον πνεύματος καὶ σαρκὸς τὸ μέσον* (de Sacerd. l. 3. in.). Vid. Kleukeri diss. laud. p. 23—24.

4) Vid. de his rebus comment. hist. eccles. de pontificum ecclesiae Christianae maximorum potestate eaque nimia, quam imperatores praeprimis germanici perpessi sunt, scr. a G. W. A. Fikenscher, Norimbergae 1818, p. 8, 11 seq.

5) Innuo Decretal. pseudoisidor. collectionem ex *Giberti* sententia corp. iur. can. Lugd. 1737. T. I. p. 258., *Febronii*, de statu ecclesiae. Bullioni 1765. T. I. p. 643., *Theineri* de pseudoisidoriana canonum collectione. Vratislaviae 1827. §. 9. Romae compositam. V. Ephemerides Heidelb. T. XXIV. P. I. p. 15. et quae monuit *Fuhrmann* in

venditis hausta atque propagata; infelices, papa suasore, expeditiones ad Palaestinam recuperandam; principum, ut ipsis a pontifice imponeretur corona, adulatio; iurium, quae dicuntur maiestatica, ignorantia; crassa barbaries tum omnium fere animos tenens; crebra nundinatio et facilis peccatorum remissio; obturata ferro et flamma testium veritatis ora; summa Nicolai II., Gregorii VII. et Innocentii III. in persequendo fine constantia — haec fuerunt, quae attuli, et hujus generis alia, quibus ad tantam eveherentur dignitatem episcopi romani.

Vides, benevole lector, ita in ecclesia Christiana Hierarchiam illam conditam, ex qua homo, in Petri cathedram evectus, „infallibilis," Dei Christique in terris vicarius, incredibili arrogantia in populos horumque duces, in foedam errorum captivitatem detrusos, summam exercuit tyrannidem. Hierarchiam vides enatam, cui etiamnunc neque accusator deest neque defensor [6]).

Tristis profecto tum ecclesiae erat conditio, extremis quasi lineis designanda. Remanserat quidem sparsa a Servatore nostro veritas, sed adeo infelicis lolii semine obtecta novisque commentis atque superstitiosis incrustata additamentis, ut, nisi qui eius temporis inspexerit monumenta, nemo facile credat. Dogmata, a Paschasio, Anselmo, Petro Lombardo excogitata,

---

libro: Handwörterb. d. christl. Religions- u. Kirchengeschichte T. I. sub v. Decretalen.

6) Marheineke: das System des Catholicismus in seiner symbolischen Entwickelung. II. B. Heidelb. 1810. „Eine der gröſsesten u. erhabensten Ideen, die je ein menschlicher Geist gedacht, ist dadurch realisirt worden, die Idee vollkommner Hierarchie u. Theocratie. — Es war ein wesentlich Glied in der groſsen Kette der Weltbegebenheiten, durch welche die neue Welt der alten verknüpft und Roms Oberherrschaft über die Welt in hierarchischer Form erneuert worden." V. Voigt: Hildebrand als Pabst Gregorius. Weimar 1815. — Die deutsche Literatur, v. Wolfgang Menzel. — Contra: Ueber Unsinn und Barbarei in der heut. deutschen Literatur v. D. Schacht. Mainz 1828. p. 30 sqq.

evangelio adiici [7]; ritus peregrini in ecclesiam introduci [8]; superstitio [9] varia animos hominum fascinare; ratio humana devoveri; cogitandi credendique libertas opprimi; scriptura sacra laicis eripi; in ecclesiasticis functionibus latini sermonis usus induci [10]; in cultu reliquiarum, exacta ceremoniarum observatione, ieiuniis, castigatione pietas probitasque poni; su-

---

7) Conf. Sex recitationes ad tertium seculare august. conf. festum digne celebrandum praeparantes. Lips. 1831. p. 47 sqq.

8) V. Blount: Spuren alter Sitten und Gebräuche in dem neuen Italien u. Sicilien. London 1823. (Darmstadt).

9) Liceat apponere quae legi in libro: Geschichte Baierns von Zschokke: „Man weissagte künftige Dinge aus Sternen, Sieben, Krystallen, Ringen; trachtete in Christnächten nach den Geheimnissen der kommenden Tage; rief auf Kreuzwegen nächtlicher Weile die Geister der Finsternifs; suchte zu Wundermitteln die Alraunwurzeln; brannte Zauberpulver aus Todtengebeinen; beschwor verborgene Schätze; machte sich durch Wundsegen schufsfest; schrieb an Thüren Zaubersprüche wider die Macht des Bösen; liefs das Vieh ohne Hülfe, wenn es behext war; bot Lucaszettel und geweihte Kräuterstiele gegen des Teufels und der Hexen Werke, beobachtete im Kalender die guten u. bösen Tage; hielt bei Mifswachs Umgänge, fand bei Milzbrand u. Viehseuche St. Pirmins u. St. Wendelins Zettel heilsam etc."

10) Usus linguae lat. nostra aetate ita defenditur: cf. Pahl, Ueber Obscurantismus: „Durch die Einführung der Volkssprache im Gottesdienst wird das Band der Einheit, welches alle Kirchen an die röm. fesselt, zerrissen; die lebenden Sprachen sind der Veränderung unterworfen, dadurch kann der reine Glaube leicht verfälscht werden; die Einführung eines neuen Ritus ist nicht Sache der einzelnen Bischöfe, sondern des Pabstes u. der allgem. Kirche; es hat den Vätern auf dem tridentin. Concil nicht thunlich geschienen, in der Volkssprache Messen zu lesen; der lateinische Ritus ist feierlicher; eine fremde Sprache hat etwas Majestätisches u. Geheimnifsvolles, befördert Schauer und Ehrfurcht vor den Geheimnissen; durch die lateinische Liturgie wird die lat. Sprache erhalten; die Umänderung kann nicht ohne grofse Bewegung geschehen, das Volk hängt zu sehr an seinem Ritus; wenn wir die Muttersprache im Gottesdienst einführen, nehmen wir die Sitten der Protestanten an; die Juden lasen von den Zeiten der Gefangenschaft an den hebräischen Originaltext, obwohl sie ihn nicht verstanden."

per vulgus sapere ausi vel metu poenarum vel armis ad silentium redigi. Haecce hierarchia licet perfecta esset a Christiana religione *apostasia* [11]), tamen omnibus, qui de eius veritate atque origine dubitarent divina, nomen vel haereticorum vel apostatarum imponebatur, quos delendi sanctum eorum erat officium, qui de salute ecclesiae optime mereri cuperent. Nihilo minus evasit in terra obedientiae acerrimus eius impugnator. Lutherus noster, quum quasi alter Hermannus fregisset vincula, quibus inde a Bonifacii tempore Romae obstricti fuerant Germani, papismum adeo quassavit, ut nullum unquam tempus huic vulneri facile possit parare medicinam.

Apostatae [12]) nomen idcirco ipsi est inditum. Quod quo iure factum sit, iam videbimus; nam de apostasia legitima erit sermo.

§. 11.
De apostasia legitima.

Quae cum ita essent, fieri non poterat, quin novum oriretur certamen, ne genus humanum, tanta tyrannide oppres-

---

11) Cf. Apostasia romanae ecclesiae ab antiqua, apostolica, vereque Christiana etc. auctore Nicol. Hunnio D. Ecclesiae Lubeccensis Superint. Francf. et Lips. — The great apostasy from Christianity. London 1718. 8. Unschuld. Nachr. 1718. p. 163. Eine vom Pabst Julius III. zur Abwendung der dem Pabst drohenden Gefahren niedergesetzte Commission von Bischöfen sagte: Fürwahr nicht ein Schatten der apostolischen Lehre und Disciplin ist mehr in unserer Kirche und eine ganz andere Lehre und Disciplin haben wir herbeigeführt. V. Die Vertheidig. der röm. Kirche. Leipz. 1828. p. 14.

12) Quum data occasione se purgaret Lutherus de his criminibus, quod sit mendax, quod perfidus, quod *apostata*, ceteris negatis fatetur se esse apostatam, sed beatum et sanctum, qui fidem diabolo datam non servarit; non secus ac si e Mammeluca aliquis ad Christianismum, aut magus e diaboli foedere ad Christum redeat. Cf. Vit. Germ. theol. auctore Adamo. Heidelb. 1620. p. 147.

sum, in peius rueret, neve, ut est apud Horatium, (III. Carm. VI. 46.)

Aetas parentum, peior avis, tulit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitiosiorem,

quam sit verum, confirmaret. Quod quominus fieret, reformatio, Deo annuente per Lutherum inchoata, prohibuit. Ad Lutherum vero monachum utrum reformandi ecclesiam, vel ab ea, antiquitate quasi sancita, discedendi ius pertinuerit, nec ne [1]), quaesitum eoque ab adversariis denegato ecclesiae nostrae apostasiae opprobrium factum est.

De hac re quid sentiam, dicam. Antequam de quodam discessionis iure quaeratur, ecclesiae verae notio est constituenda, quae quidem pro arbitrio non potest fingi, sed ad doctrinam Iesu Christi est examinanda. Respiciamus itaque ad conditam per Christum ecclesiam. Prodiit autem eam ob causam, ut homines a servitute liberarentur inscitiae atque ignorantiae. Deletis Pharisaeorum commentis, emendatis Sadducaeorum moribus, correctaque Essenorum disciplina fanatica homines eo voluit adducere, ut, mutuo coniuncti amore, Deum ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ venerarentur. Sed non solum sapientis praeceptoris sustinuit munus, immo sese verbis, factis, *fatis*, illum, patribus promissum, praebuit Salvatorem ideo missum, ut cunctos salvaret homines (Ioann. III. 15—18.). Quo beneficio ut omnes fierent participes, ab apostolis, ad omnes legatis homines, ecclesiam, qua vita praeceptis suis consentanea excitaretur atque aleretur, institui iussit. Erat

---

1) War eine Privatperson berechtigt, eine solche Reformation vorzunehmen? Schroekh Christl. K. G. 1. Th. p. 249: „Von dieser Seite betrachtet, müſste auch jede Reformation der Religion u. Kirche, die eine Privatperson in der römischen Kirche unternahm, zu immerwährenden Zeiten für widerrechtlich und sträflich gehalten werden; denn der Pabst war seit mehreren Jahrhunderten allgemein als Regent der Kirche anerkannt worden, ohne dessen Einwilligung und Genehmigung keine Hauptveränderung in ihrem Zustande getroffen werden durfte, wenn man sich nicht des Ungehorsams und der Empörung gegen sein geistliches Oberhaupt schuldig machen wollte."

vero haec ecclesia coetus, in quem, qui Christianam religionem profiterentur, baptismatis ritu recipiebantur; coetus, quo omnes, fidei, caritatis speique vinculis consociati, Christi premere studebant vestigia, eiusque memoriam colere, qui esset unicum ecclesiae fundamentum (1 Cor. III. 10.). Haec vero ecclesia, uti iam diximus, decursu temporis depravabatur potissimum ex quo tum traditioni aeque ac verbo scripto fides habita est, tum gubernatio illius coetus hierarchici systematis naturam induit paparumque arbitrium regula fidei existimatum est. Crevit in dies immanis clerocratia usque ad id tempus, quo mutata est in Hildebrandismi monstrum [2]), cuius vel no-

---

2) Cf. G. Calvöri de variis orbis religionibus. Lipsiae 1705. p. 674. „Ut vero appareat, quid ipsum fastigium papale sibi tribuat, Dictatus, ut vocant, Hildebrandini, qui in Regesto epistolarum ipsius Hildebrandi Papae, alias Gregorii VII. dicti, reperiuntur, et quos inde Baronius Cardinalis Annalibus suis ad annum 1706 inseruit, omnino notari merentur. Inter illos reperiuntur sequentes:

Quod romana ecclesia a solo Domino sit fundata.
Quod solus romanus pontifex iure dicatur universalis.
Quod ille solus possit deponere episcopos vel reconciliare.
Quod cum excommunicatis ab illo, inter cetera, nec in eadem domo debeamus manere.
Quod solus possit uti imperialibus insigniis.
Quod solius Papae pedes omnes Principes deosculentur.
Quod illius solius nomen in Ecclesiis recitetur.
Quod unicum est nomen in mundo, papae videlicet.
Quod illi liceat imperatores deponere.
Quod nulla synodus absque praecepto eius debeat generalis vocari.
Quod nullum Capitulum nullusque liber canonicus habeatur, absque illius auctoritate.
Quod sententia illius a nullo debeat retractari, et ipse omnium solus retractare possit.
Quod a nemine ipse iudicari debeat.
Quod romana ecclesia nunquam erravit, nec in perpetuum, Scriptura testante, errabit.
Quod romanus pontifex, si canonice fuerit ordinatus, meritis B. Petri indubitanter efficiatur sanctus.
Quod Catholicus non habeatur, qui non concordat romanae ecclesiae.
Quod a fidelitate iniquorum (regum puta et principum) subiectos potest absolvere."

men crassam portendit barbariem. Homines ecclesia auxiliatrice ad dignitatem, ipsis destinatam, emergere atque ad recti honestique amorem, ad similitudinem cum Deo adduci inauditum quiddam eo tempore fuit.

De necessitate emendandorum sacrorum dubium esse non potuit. Atque tota publici status conditione, paulatim facta, et diuturnis saeculorum studiis, Deo O. M. moderante, praeparabatur ecclesiae emendatio. — Genius medii saeculi, quem equestrem vocant, evanuit; multi ex expeditionibus cruciatis fructus ad Europam redundavere; ars typographica inventa protraxit antiqua literarum monumenta in lucem; studium linguae graecae intermortuum revixit; Graeci saec. XV. per Turcas fugati in Italia facti literarum restitutores atque statores; revocatae literae nodosae Scholasticorum scientiae minatae sunt ruinam; labascere coeperat dignitas pontificia inde a Bonifacii VIII. tempore, quo sedes Avenionem transferretur, Philippo regi ut adularetur; labefactata erat persuasio de papa, falli nescio, decretis Pisae (a. 1409), Constantiae (1414), Basileae (1431) promulgatis de auctoritate pontificis concilio subiicienda; literarum, quae in monasteriorum tenebris ita essent tractatae, ut discentium animi magis ad servitutem deprimerentur quam ad libertatem erigerentur, amor per „universita-

---

Innocentius III. papa in epistola ad imperatorem Constantinopolitanum ita scribit: „fecit Deus duo magna luminaria, id est, duas instituit dignitates, quae sunt pontificialis auctoritas et regalis potestas. Sed illa, quae praeest diebus, i. e. spiritualibus, maior est: quae vero carnalibus, minor, ut quanta est inter solem et lunam, tanta inter pontifices et reges differentia cognoscatur." Libr. I. Decret. Greg. Tit. XXXIII. c. VI. p. 180. — Glossa in praef. Clement. inquit: Papa nec Deus est nec homo, sed neuter inter utrumque. — Si igitur quaeratur, cuius generis papa sit, respondemus cum ipsius verbis, generis neutrius est. — Mornaeus in praef. Mysterii iniquit. habet inscriptionem aliquam, quae exsecrabilem superbiam Pauli V. testatur: ea vero haec est: Paulo V. Vice Deo, Christianae reipublicae Monarcho invictissimo et pontificiae omnipotentiae conservatori acerrimo. — Quomodo cum hac inscriptione quadrat titulus *servus servorum?* — Cf. diss. epistolica de „albis Apostolis", script. a I. G. *Buchta,* Onoldini.

tes" resuscitatus; in singulis desiderium ad S. S. redeundi enatum; testes denique veritatis varii hic illic exorti efflagitavere reformationem in capite atque membris. Quemadmodum solem exorientem lucis praenuntia, aurora, ita quae dixi acerrimum libertatis Christianae vindicem praecesserunt. Venit vindex ille. Lutherus noster semina, ab aetate ipsi tradita, animavit latiusque propagavit. Imprimis quum ipsi aditus patefactus esset ad scripta N. T. indeque perspicere coepisset, quantum ab antiquissima ecclesia distaret praesens, sacer quidam fervor deturpatam reformandi permeavit venas et tanquam in imis resedit medullis. Vividis depingit coloribus miseram praesentis ecclesiae degenerationem, iure usus homini cuilibet innato [3]) nec ulla vi eripiendo. Impugnat abusus atque sua defendendo discit. Obsecrat, obtestatur precibus, lacrimis episcopos, ut de abrogandis indulgentiis cogitarent. Appellat a papa male informato ad papam melius informandum. Provocat ad concilii convocandi sententiam. Quum vero, quod Zwinglio quoque in Helvetia accidit, non audiretur ab iis, qui mederi potuissent malis, atque multi insistere mallent iis, quae semel recepta erant atque a patribus ad ipsos propagata, omni humana auctoritate repudiata, discedere [4]) ab ecclesia romana

---

3) Das Sträuben der Vernunft gegen alle Unvernunft und Heteronomie ist kein durch die Reformation erworbenes Recht, sondern ein angebornes, mit und durch die Vernunft gegebenes Recht und wir sind nicht erst seit dem Jahre 1529 Protestanten, sondern wir sind es von Anbeginn. Nur der Gebrauch und die Ausübung dieses unveräufserlichen Menschenrechts war durch die Reformation wieder erkämpft. V. Ueber Büchercensur in Fichte's u. Niethhammer's phil. Journ. 10. B. 1. H. Jahrg. 1798. n. 1. p. 89.

4) Discedendum est, inquit Dallaeus, ab ecclesia, quae graves errores tanquam certos religionis articulos profitetur, ad eosdemque credendos omnes obligare vult et cultum denique idololatricum exercet. Atqui ecclesia romana — ergo. Cf. I. Iacobi Zimmermanni opuscula T. II. p. 224. — Wann hat man ein Recht eine Kirche zu verlassen? V. Reinhard's Moral V. B. — Dilucide hanc quaestionem exposuit V. D. Krugius in libro: Das Kirchenrecht nach Grundsätzen der Vernunft u. im Lichte des Christenthums, Leipz. 1826. Sechster Abschnitt. Verhält-

et regredi ad Iesu doctrinae simplicitatem atque puritatem maluit, quam hypocritae agere personam. Frustra sollicitatur ad revocandum a Caietano; non blandimentis Miltizii decipitur; flammis tradit bullam anathematicam; Vormatiae effatus: Nisi convictus fuero testimoniis scripturarum aut ratione evidenti, nam neque papae neque conciliis solis credo, quum constet eos errasse saepius et sibi ipsis contradixisse, revocare non possum neque volo quidquam, quum contra conscientiam agere neque tutum sit neque integrum: novam condidit ecclesiam. At noli esse animo perturbato; nova haec veris ecclesiae notis minime est destituta. Gaudet nota, si qua vera est, antiquitatis; nam evangelio est aequalis. Gaudet nota Christiana; non fulcitur Gratiani decreto, sed Christo Ipso. Gaudet nota apostolica; nam neque ad traditionem neque ad patrum effata neque ad Scholasticorum nugas exigit dogmata, sed ad scripta Apostolorum revocat doctrinam suam. Gaudet nota catholica; nam tuetur iura, omnibus hominibus innata. Gaudet denique vero sacramentorum usu et reliquas, quae in synodo Nicaena ecclesiae tribuebantur, notas transfert ad invisibilem.

Miremurne, quum multorum animi, ad attentionem erecti, cum Luthero *μεταβάται* [5]) esse vellent? Miremurne, cur tantos brevi tempore fecerit progressus?

Ardua profecto est res insitas animo atque diu retentas opiniones evellere auctoritatemque prosternere temporis diuturnitate sancitam. Sentiendi agendique consuetudo, quo est diuturnior, eo ad deponendum tenacior. Nihilominus res bene

---

nifs der Kirche zu ihren Gliedern. p. 98—120. — *Turretini* lib. de necessaria secessione ab ecclesia romana.

5) *Μεταβάται.* — *Μετάβασις* est transitus ex ecclesia et a persuasione pia in aliam ecclesiam et ad diversam persuasionem in rebus, quae ad religionem pertinent, nulla commodorum terrestrium et reprobi lucri ratione habita. Oppos. *ἀποστασία.* *Μετάβασις* spe plus lucis, solatii et *τροφῆς τοῦ πνεύματος ἀθανάτου* in alio coetu inveniendi fit. Primi Christiani, Protestantes *μεταβάται*, nequaquam *ἀποστάται* fuere.

praeparata bene successit. Angliae, Scotiae, Borussiae, Daniae, Norvegiae, Sueciae, dimidiae fere Europae parti mox nova exoriebatur lux aeque exoptata ac salutifera.

Quamquam enim, principibus nonnullis incrementa religionis, a pontificiis erroribus liberatae, pati nolentibus atque in subditorum conscientias saevientibus [6]) maxima crudelitate atque promissis neglectis, a maioribus nostris identidem atque acerrime pugnandum erat atque pugnatum est, tamen post bella cruenta, urbes vastatas, homines caesos, pace Augustana, tum pace Westphalica [7]), et, obstrepentibus semper adversa-

---

6) Habemus memoriam causae religiosae Salisburgensis et Huxariensis, etc. Vid. diss. de iure liturgico — quam scripsit C. Ch. Schmidt, Lips. 1826. p. 6. n. 4. — Welches Unglück ist über die Evangel. in der Pfalz gekommen, durch die Ryfswicker Clausel oder durch die Clausel des Ryfswickischen Friedens, welche eben der Monarch veranlafste, der in seinem Reiche durch die Aufhebung des Edicts von Nantes Millionen unserer Glaubensbrüder unglücklich gemacht und zum Auswandern gebracht hat. V. Pütter Entwickel. der teut. Reichsverf. T. II. p. 236. — Hoc loco afferri quoque possunt: lites Argentinenses a. 1592.; proscriptio urbis Donaverdae a. 1607; causa Iuliacensis a. 1609.; patrata Parisiis totoque regno in Hugonottas caedes; sacra in Gallia Ligà; Ferdinandi in Evangelicos Styriam reliquasque sibi subiectas provincias incolentes acerbitas; reliq.

7) Cf. G. L. Boehmer in libro: principia iuris canonici, ed. IV. Gott. 1779. p. 32. „Datum est pace religiosa Augustanae confessioni addictis idem ac Catholicis religionis exercitium per imperium R. G. idque in pace Westphalica ita declaratum est, ut quidquid iuris, religionis intuitu, ceteris Catholicis et Augustanae confessioni addictis statibus et subditis per leges imperii tributum est, id etiam iis, qui inter hos Reformati vocantur, competere debeat. Est ergo utraque religio catholica, catholica et evangelico-Lutherana et reformata, aequali iure per imperium recepta et approbata. Utriusque religionis exercitium liberum esse debet, id est, immune ab omni vi, coactione et turbatione, legibus imp. inter utramque partem prohibita. Itaque salva cuilibet est facultas alterutram religionem suo conscientiae iudicio profitendi eamque sine iurium dispendio mutandi, unico tantum casu, qui personas ecclesiasticas concernit, secundum art. V. instrum. pac. §. 15. excepto et reservato; nemini religionis intuitu et pro ea deserenda vis, metusve, laesiones vel alia incommoda inferenda; nec

rlis [8]), decimo sexto scito [9]) foederis germanici illis nobisque hoc datum est et concessum certis legibus, ut pari iure diversis ecclesiis adscripti frui primo quidem obtutu videantur [10]).

---

alterutri religioni addictis quidquam iniungendum vel imperandum, confessioni vel conscientiae repugnans, nec alia probata sunt remedia dissidia religionis componendi, quam quae cum conscientiae libertate consistunt, amica videlicet et Christiana."

8) Cf. Declaratio nullitatis articulorum nuperae Pacis Germaniae, religioni catholicae, Sedi Apostolicae, Ecclesiae aliisque locis piis ac personis et iuribus ecclesiasticis quomodolibet praeiudicialium; seu Bulla: Zelo domus Dei — in M. Bullario Rom. T. IV. p. 269 sqq. ed. Lugd. — Pütter Vollständiges Handbuch der deutschen Reichshistorie. 2. Ausg. p. 759. Gött. 1772. Nachweisung der Beweisstelle, dafs noch 1803—1805 das päbstliche souveraine Pontificat nach dem Rechte seiner Kirche alle ketzerische Regenten der Unterthanen-Treue und ihrer Gebiete verlustig erklärte. (Entnommen den „Beiträgen zur Geschichte der cath. Kirche im XIX. Jahrh. Heidelberg 1818). V. „Der Protestant." 1817. 1. B. 2. H. p. 56.

9) Verba art. XVI. legis foederis Germanici haec sunt: Die Verschiedenheit der christlichen Religions-Partheien kann in den Ländern des teutschen Bundes keinen Unterschied in dem Genufs der bürgerlichen und politischen Rechte begründen. vid. Kluebers Staatsarchiv d. t. Bundes 1. H. p. 33. — (Pontifex romanus dissensum suum protestatus est per Card. *Consalvi*: v. Klueber Uebersicht der diplomat. Verhandlungen des Wiener Congr. 3. Abth. p. 468 sqq.). Hacce lege, ambigue dicta, de iuribus ecclesiarum publicis, quomodo Pontificii iurium politicorum notionem definiunt, neque voluisse principes neque, quia, ne id facerent, ipsorum iustitia et dignitas impediebat, potuisse aliquid constituere, demonstravit ὁ πάνυ I. Aug. Henr. Tittmannus: Quaestiones de articulo XVI. foederis Germanici, Lips. 1830.

10) De paritate iurium conferri possunt: Die neu auflebende Schirmvogtei des östreich. Kaisers — v. Alex. Müller. Erfurt 1829. — Ueber die Gleichstellung der Protest. u. Cathol. in den deutschen Bundesstaaten, bes. in Beziehung auf Sachsen. 1828; Ueber die neue Kirchenverfassung im Königreich Sachsen; Decemberheft d. Allg. K. Z. 1831. Gedanken, die Parität der Rechte zwischen den cathol. und nicht cath. Unterthanen der deutschen Bundesstaaten betreffend. V. W. Grafen v. Hohenthal auf Falkenberg. Leipz. 1831.

§. 12.

De apostatis, qui hodie nominantur.

Evenit, quod, quum ecclesiae ita fuerint iuxta se constitutae, ut singuli nullo confessionis discrimine iisdem iuribus civilibus et politicis fruerentur, aliter fieri non potuit. Fuere nempe, qui ea, in qua erant nati atque educati, ecclesia relicta ad alteram transirent [1]). Qui, spretis concilii tridentini decretis, a catholica ad evangelicam transiere, *Apostatae* [2]), qui vero ad catholicam a nostra regressi sunt, Renegati vel Convertitae nuncupantur. Licitum esse talem ab altera ad alteram communionem ecclesiasticam transitum, immo probo viro, cuius in more est positum, ut quam examinando nactus est, sequatur persuasionem, consentaneum, nemo ira studioque alienus negabit [3]). Id tantum apostatarum genus vitupe-

---

1) De quaestione, in historia eccles. Arnoldi proposita: cur saeculo decimo octavo pauci Protestantes ad castra Cath. transierint? cf. Samuel. Pufendorfii librum „de statu imperii Romano-Germanici" (cui fictum Severini de Monzambano nomen addidit), cap. VIII. p. 424.

2) V. concilii trid. sess. 7. de baptismo c. XIV. Der Apostat in der römischen Kirche wird dem Ketzer gleichgesetzt und als treulos und meineidig betrachtet. P. I. a Riegger instit. iurispr. eccl. P. IV. §. 290. — Ueber die Bulle in Coena Domini vergl. Schroeckh. K. G. III. B. p. 387 etc.

3) Cf. Zwei Predigten unter den Regungen einer unfriedlichen und argwöhnischen Zeit — geh. v. D. v. Ammon. Mit einem Vorworte über den äufsern Religionswechsel. Leipz. 1825. — Vorr. X. legas caute. „Der Religionswechsel im Allgemeinen ist nichts Tadelhaftes; Paulus wird aus einem Pharisäer ein Christ, der Israelite, in dem kein Falsch ist, wäscht in der Taufe die Flecken des Talmuds und Mammons ab, wir Alle erheben uns, die Bibel in der Hand und das Auge zum Himmel gerichtet, täglich von einer Klarheit des Glaubens zur andern; das ist ein Uebergang aus der Finsternifs zum Lichte, welcher Ruhm vor Gott und Menschen bringt, wenn er schon von den Freunden der Dunkelheit verlästert wird. Die Apostasie hingegen, oder der Abfall von einer Kirche und einem Glaubenssysteme zu dem andern, ist ein Tausch, über den ich nur in einigen Fällen mild und schonend, in den meisten aber streng und absprechend zu urtheilen

ratione est dignum, qui vel phantasiae ludibriis decepti, vel oestro ambitionis perciti, vel spe maiora commoda atque al-

---

gewohnt bin. Mild und schonend beurtheilige ich diejenigen, die aus guter Meinung und in der Hoffnung, anderswo mehr Licht, Trost und religiöse Nahrung für Verstand und Herz zu finden, als bei ihren alten Glaubensgenossen, von einem kirchlichen Vereine zu dem andern übergehen. Denn obschon auch sie nicht selten sich nur in einem Zustande passiver Ueberredung befinden, den ich, wie es häufig geschieht, durchaus nicht mit einer freien, activen Ueberzeugung verwechseln möchte, welche die Wahrheit allein gewährt; so kann doch der Mangel an gründlichen Kenntnissen oder eine über den Verstand hinwallende Herzenswärme sie unter der Hand eines gewandten Geistlichen so schnell entwaffnen, dafs sie ein gutes Werk zu vollbringen wähnen, wenn sie sich der um sie werbenden Kirche auf Treue und Glauben ergeben. — In den meisten Fällen hingegen kann man den Vorwurf der Unwürdigkeit und Gewissenlosigkeit von dem Uebertritte aus einer christlichen Kirche in die andere kaum abwehren, und zwar nicht allein da, wo er aus gemeinem Eigennutze, aus Furcht und Antrieben der Lust und des Ehrgeitzes geschieht, was unläugbare Simonie und eigner Seelenverkauf ist; sondern auch dann, wenn man in seiner eignen Kirche und Gemeinde das nicht zu finden meint, was man für die Bedürfnisse seines Geistes und Herzens glaubt erwarten zu können. Jede äufsere und sichtbare Kirche, denn die unsichtbare umfafst die Kinder Gottes aus allen Zungen und Völkern, ist ja nur ein äufserer Verein zur Pflege und Belebung des innern religiösen Sinnes, den Gott selbst allein seinem Worte und dem eignen Gewissen des Menschen unterworfen hat; alle Handlungen der innern Religion, die für die Seligkeit ausschliefslich entscheidend sind, hängen folglich in jeder Kirche von der freien Ansicht und Ueberzeugung des wahren Gottesverehrers ab; es ist ferner jede Kirche, insofern sie ein Werk von Menschen bleibt, mehr oder weniger von ihren Satzungen und Meinungen ergriffen und durchdrungen, so, dafs der Proselyte auf der einen Seite immer wieder das verliert, was er auf der andern gewinnt oder zu gewinnen hofft u. s. w." — Philosophie des Christenthums v. Fried. *Köppen.* 1. Thl. Leipz. 1813. p. 169. Confessionsveränderung. „Mit dem Namen Confessionsveränderung ist am schicklichsten zu bezeichnen, was man auch sonst wohl Religionsveränderung genannt hat. Die Religion, wenn sie Kopf und Herz des Menschen belebt, kann nicht verändert werden, so wenig wie der Geist eines Menschen, die Seele seiner Gefühle, Grundsätze, Entschlüsse, sich verändert, es sei der Wechsel seines Zustandes, seines Verhältnisses zur Aufsenwelt, welcher er wolle.

tiores dignitates consequendi, vel studio hominibus placendi adacti, de mutanda religionis confessione cogitaverunt. Id

---

Cultus, Lehre, Dogma sind der Aenderung fähig etc. — Christus und seine Apostel, in wiefern sie nach dem mosaischen Gesetz erzogen und Juden waren, änderten ihre Confession. Auch Luther und seine Genossen, obwohl in etwas anderm Sinn. Das Christenthum war eine neue Geburt in der unvollkommen auf ein künftiges Besseres hinweisenden Anstalt; der Lutherische Abfall war ein Versuch, die menschlichen Mifsbräuche des in seinem Ursprunge vollkommensten Institutes auszuscheiden und die Wiedergeburt eines schon da Gewesenen zu bewirken. —

Inneres Geistesbedürfnifs war die Quelle dieser doppelten Aenderung. Bei den Aposteln wirkte die freundliche Gewalt Jesu, bei Luther die Gewalt der Schrift, ein Echo jener früheren Stimme nach Jahrhunderten. Dieses und die Freiheit, wodurch der Mensch in seine ursprüngliche Würde wieder eingesetzt wird, vor Gott und sich seinen Glauben und den übersinnlichen Gehalt seiner Handlungen erwägend, machen den Austritt aus dem Papstthume erklärlich. Als die erste Erschütterung und die politischen Kämpfe leidenschaftlicher Parteien vorüber waren, blieb die doppelte Confession in einer gegenseitigen Spannung und Selbstständigkeit. — — Wir finden den Catholicismus (p. 172) in dogmatischer Lehre consequenter, von Philosophie unabhängiger, überhaupt sinnlich erregender, sonach auch mythologisch poetischer, im äufsern Cultus prachtvoller als den Protestantismus. Letzterer ist wandelbarer in seiner Lehre, von Philosophie abhängiger, reizloser für die Sinnlichkeit, unpoetischer und unmythologischer, in äufsern Gebräuchen einfacher. — Wer keinen Muth hat, seines eignen Glaubens zu leben und zu sterben, findet am Protestantismus wenig Stütze. Wer sich nach *unwandelbarer Satzung* sehnt, wirft sich dem Catholicismus in die Arme. — Wer da meint (p. 174), Selbstständigkeit werde nicht durch Unterwerfung erworben, sondern durch freie Kraft, kann sich nie zur Gefangennehmung des Geistes unter den Gehorsam des Kirchenglaubens entschliefsen. — Darum nennen wir (p. 175) den Uebertritt v. Protestantismus — als einer freien Ueberzeugung aus der heiligen Schrift — zum Catholicismus, als einer auf äufsere Autorität gestützten Satzung, das Product der Characterschwäche etc. Man sucht da (p. 177) Unterwürfigkeit unter die Autorität der Kirche, festes Dogma, von Menschen geleitete Ordnung, sinnlich mythologische Anregung und Ceremonie. Aus diesem Gesichtspuncte (p. 178) ist der lebhafte Unwille mancher Männer zu rechtfertigen, welchen sie bei Veranlassung eines Austritts vom Protestantismus geäufsert haben etc. — Nachzulesen ist hier auch eine

quod nulla eget demonstratione. Quum vero tritum sit proverbium „aliquam semper in transfugis inhaerere suspicionem", res est fortasse plurimorum votis expetita, quantum fieri potest, accuratam curare et Apostatarum et Convertitarum comparationem. Eiusmodi compositionem paraturo id imprimis erit videndum, ut, quae mutandae confessionis fuerint causae, intelligatur. Iam vero maximam in his diiudicandis difficultatem in eo videmus positam, quod de interna hominum conditione omnino explorate non licet dicere nobis. Cui si quis satisfacere vellet officio, ei in intimos animorum recessus, quod nemini concessum est, esset descendendum, ut quae vera confessionis mutandae fuerit causa, exploraretur. Sed quilibet sumitur probus, donec probetur contrarium; quare ex scriptis horum virorum, si qua exstant, deprehendenda nobis erat argumentorum, quibus convicti ad hanc vel illam partem transierint, cognitio.

Neminem fugit eiusmodi scripta 4) iam esse composita; sed, quae sunt exarata, partim tam rara, partim tam manca

---

Predigt: *Ueber den Abfall von der evangelischen Kirche*, gehalt. von J. H. *Schmidt*, Diac. zu Coswig. Zerbst 1826.

Einige Bemerkungen über den Uebertritt von einer Kirche zur andern, in der Schrift: Warum nennen wir uns Protestanten? v. Jul. Frey. Leipz. 1826.

4) Andreas *Westphal* dissert. de apost. Gryphisw. 1710 evulgata. — Petr. Adolphus *Boysen*, dissert. de apostasiae merito ac falso suspectis. ed. Halae M. a. 1714. 4. — I. Henr. *Becrisii* „binae de doctis Apostatis commentationes historico-literariae." Suinofurti 1716. — Carolus Andreas *Henningius* bibliothecam eruditorum, qui religionem mutarunt, promisit, in qua constituerat, praeter vitam eorum, causas simul mutationis litesque propterea exortas pluribus enumerare. Vid. Miscell. Lips. ed. Pezold. Tom. X. p. 132. — Utrum promissis steterit, nec ne, equidem expiscari non potui. — *Hermanni Lignaridi* „Antidotus contra scandalum apostasiae datum ab aliis, qui ab ecclesiis evangelicis ad papatum deficiunt, una cum demonstratione errorum papatus et admonitione gravi ad Apostatas, ut resipiscant et ad Dominum, quem abnegarunt, revertantur. (Bern 1608. 8.). — Panacea apostasiae bono constantum et lapsorum proposita — a *Nic. Vedelio*, Pastore et Prof. Genevensi. Genevae MDCXXVIII. (Lib. I. c. I. legi-

sunt, ut vix inutile dici possit consilium uberius de hac re exponendi. Iuvabit e libellis istis excerpta quaedam huc transscribere, quibus ex auxiliis nostris subsidiariis, quae vero sunt exigua, quaedam addere placet. Ac primum quidem paragrapho insequenti illorum afferentur nomina, qui, romano-catholica ecclesia relicta, ad Protestantium (quibus, cum in

---

tur: „Ceterum ut rem totam convenienti ordine pertractemus, primo quidem libro argumenta ea proferemus, quae ad constantiam in evangelii professione tuendam, contra vero ad fugam et abominationem apostasiae nos commovere debent. Liber secundus proponet ac diluet rationes (nominantur pag. 216 exempla aliorum; pag. 231: *prudentis* esse tempori se accommodare; p. 238 in papatu quoque homines salvari posse; p. 256 status calamitosus ecclesiae et prosperitas Romanensium; p. [illegible] salarium apostasiae, seu honores et opes saeculi, quae inde sperantur; p. 380 necessitas et coactio; p. 393 etsi externa professione papatui quis se adiungat, non tamen ideo Deum abnegari; posse enim corde credi et retineri veritatem), quibus Satan, mundus, caro apostasiam et commutationem verae religionis cum papatus professione instituendam suadere solent; etc." — — Libro: C. Gottl. Hofmann Th. *Witt*, Controversia — quae agit de ecclesia graeca et Russorum (?), adiecta est quaestio: Quidnam sentiendum sit de illorum Apostasia, qui a religione Lutherana ad Russicam transierunt? Sit itaque quaestio: Num apostasia ab evangelico-lutherana religione ad russicam sit exitiosa et aeternam damnationem afferens? Resp. Est omnino ita. Probatur: a) quia eiusmodi apostata deficit a verbo Dei scripto eoque ipso se medio salutis privat et vim atque efficaciam verbi Domini salvatricem a se removet, quam exhibere debet in nostra conversione, illuminatione etc. b) quia transit ad cultum idololatricum et superstitiosum. c) quia haec apostasia est coniuncta cum abnegatione veritatis evangelicae. Eiusmodi homo peccat contra conscientiam etc. Accedit ad hanc abnegationem, quod publice edere oporteat confessionem falsae fidei et in hac priscam suam vel abiurare et exsecrari atque maiores suos doctoresve anathemate percutere. — Sed hae sunt argutiae. Cf. contra quae in libro: Vertheidigung der evangel. Kirche v. D. Ninnich. Elberfeld 1828. p. 82—90 dicta sunt de imperatrice Russiae, Alexandra, filia regis Borussiae, quae sese ad ecclesiam ruthenicam vel graecam convertit. — Iam anno 1744 Moscoviae Sophia Augusta Friderica, filia principis Anhaltino-Servestani, ecclesiam graecam amplexa erat. — At qui fit, ut ruthenica princeps, Protestantium duci nupta, de ecclesia sua deserenda non cogitet?

principiis concordent, Reformatos adscribendos recte censemus) castra transierunt, si modo de artibus fuerit sermo, quibus nostrae socii ecclesiae uti solent ad exteros alliciendos.

---

§. 13.

De artibus, quibus uti solent Protestantes ad exteros alliciendos.

Atque recte primum in artes inquirimus, quibus ecclesiae nostrae socii ad exteros alliciendos solent uti, quo Proselytismi opprobrium, nuperrime a Brennero [1]), Theologo ca-

---

1) Vid. Lichtblicke der Protestanten. Bamberg 1830. p. 71—72. Ea, quae vir doctus monuit, breviter eloquemur neque iudicium lectoris occupabimus.

Unserer Kirche wird Proselytenmacherei vorgeworfen und zwar suche sie dies zu bewirken:

1) durch die Feier der Reformations-Jubiläen;
2) durch die jährliche Abhaltung des Reformationsfestes;
3) durch Missionen;
4) durch Anstalten zu Judenbekehrungen;
5) durch Bibelgesellschaften;
6) durch Einnahme von Lehrstühlen auf catholischen Hochschulen;
7) durch Ansiedelungen an catholischen Orten und öffentliche Ausübung ihres Gottesdienstes daselbst;
8) durch Ausstreuungen von Tractaten und Ausgaben solcher Bücher, worin die Unterscheidungslehren der Catholiken und Lutheraner abgehandelt sein sollen.

Hic conferri possunt: *Elvers*, Einige Worte über Missionswesen, Götting. 1827. — Oeffentliches Recht der evang. luth. Kirche v. *Pahl*, p. 523—24. — David Friedländer: An die Verehrer, Freunde und Schüler Jerusalems, Spaldings, Tellers, Herders und Löfflers. Leipz. 1823. — Fordert es nicht die jetzige so bedenkliche Zeit von jedem protest. Religionslehrer, seine Pfarrkinder und besonders seine Katechumenen und kinderlehrpflichtigen jungen Christen mit den Unterscheidungslehren der cathol. Kirche bekannt zu machen, und dieselben gegen alle proselytenmacherischen Umtriebe zu waffnen? Beant-

tholico, non sine iniuria nobis factum, facilius refutemus. Ignorat nostra ecclesia axioma illud: cogo intrare, ex perversa loci, qui legitur apud Luc. XIV. v. 23., explicatione enatum, perditaque opera a Baylio in commentatione philosophica defensum [2]). Loco quidem excitato occurrit dicendi formula: ἀνάγκαζε εἰσελθεῖν, sed longe alio sensu [3]). Iesus nimirum sequitur Iudaeorum illam loquendi consuetudinem, ex qua felicitatem in regno Messiano exspectandam cum convivio comparabant. Christus, ut eos edoceat bona oblata non ad Iudaeos solum sed ad alias quoque gentes pertinere, exponit de homine, lautius atque sollemnius convivium instituente, parabolam. Quum ipsi vero annuntiatum esset multos, vanis usos excusationibus, repudiasse invitationem, ira exarsit atque imperavit servo, ut quoscunque homines adduceret sine discrimine. In hac cogitationum serie occurrit loquendi formula supra laudata, quae, uti apud Ciceronem cogere, innuit „aliquem rationibus et persuasionibus precibusque saepius repetitis permovere ad hoc illudve factum." Cum hero illo si ecclesia comparatur, id ex loco excitato luce clarius intelligitur, ipsam quidem docendo atque adhortando posse allicere [4]), neminem vero vi adhibita, vel armis, vel promissionibus, vel alia ratione cogere, ut sua amplectatur dogmata, ne iura mutua violentur.

Hanc itaque rationem fidei per vim propagandae relinquimus iis, qui de sua ecclesia, extra quam nulla salus, summa gloriantur arrogantia.

---

wortet v. G. H. *Ziegler* in der Zeitschr. Der Protestant; 4. Jahrg. 1830. März, p. 238.

2) Bayle: commentaire philosophique sur ces paroles de l'Evangile: contrains — les d'entrer.

3) D. Chr. Th. Kuinoel commentarius in libros N. T. historicos. Volum. II.

4) Huc pertinet: *Clementis Alexandrini*, ex ethnico phil. Christ., λόγος προτρεπτικός, quo libro, idololatriae stultitia exposita, gentiles ad relig. Christianam excipiendam adhortatur.

Tuemur contra liberaliorem de rebus sacris meditationem. Cogitamus de Scripturae sacrae propagatione. Commendamus frequentem illius lectionem, atque cum Seneca loquimur: „quaecunque salutaria sunt, saepe agitari debent, saepe versari, ut non tantum nota sint nobis, sed etiam parata." Sic nobis videmur ex mente Christi rem agere, qui effatus est: (Ioa. V, 39.) *ἐρευνᾶτε τὰς γραφὰς, ὅτι ὑμεῖς δοκεῖτε ἐν αὐταῖς ζωὴν αἰώνιον ἔχειν, καὶ ἐκεῖναί εἰσιν αἱ μαρτυροῦσαι περὶ ἐμοῦ.*

Ita res agitur ex mente Apostolorum, quorum unus adhortatus est Timotheum: *πᾶσα γραφὴ θεόπνευστος καὶ ὠφέλιμος πρὸς παιδείαν τὴν ἐν δικαιοσύνῃ, ἵνα ἄρτιος ᾖ ὁ τοῦ θεοῦ ἄνθρωπος πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἐξηρτισμένος.*

Ita res agitur ex mente patrum [5]) ecclesiae, v. c. Theodo-

---

5) Plura patrum ecclesiae effata qui hac de re legere cupit, evolvat librum: Die Bibel, ein Buch für Fürst und Volk, v. van Eſs. Breslau 1818. Liceat nonnulla apponere. *Theodoretus* serm. 8 Therap. ita loquitur: „Locuples illa liberalissimaque divinitas noluit quinquo solum decemve aut quindecim centumve aut ducentos homines aquis salutaribus recreari, sed cunctas affatim, tum graecas tum barbaras, nationes, neque solum homines literarum studiis innutritos, sed sutores iuxta textoresque, fabros item ferrarios caeterosque manuales artifices praeterque ipsos etiam mendicos, agricolas, lignatores, feminas quoque tum divitiis affluentes, tum manuum suarum studio parce ac duriter victitantes." *Augustinus* ad frat. in eremo serm. 38 loquitur: „Quaecunque scripta sunt, sunt ad nostram doctrinam scripta. Legite ergo, fratres mei! scripturam sacram, legite eam, *ne caeci sitis et duces caecorum.* Legite S. S., in qua quid tenendum, quid fugiendum, plane invenietis. Legite eam, quia omni melle dulcior, omni pane suavior invenitur. — Legite S. S. et invenietis, quomodo Nazarenus ille Iesus regit ut principium, tuetur ut salus, operatur ut virtus, revelatur ut lux. Et ideo fratres mei! quamdiu in hac infirma et vana vita fuerimus, hanc sapientiam discere et sapere tota mente curemus. Quid enim homo sine literis reputatur? quid enim est? numquid non pecus vel hoedus? numquid non bos vel asinus? numquid non equus et mulus? quibus non est intellectus." — *Hieronymus* in ps. 86. Plato scripsit, sed non scripsit omnibus, sed paucis: vix enim intelligunt tres homines. Isti vero, hoc est, principes ecclesiae et principes Christi, non scripserunt paucis sed uni-

reti, Augustini, Hieronymi, Chrysostomi; neque Iustiniani redivivi exspectamus iussum, quo perducamur ad biblia legenda.

Stolidum porro esse contendimus rivos consectari turbatos, si possis e pellucido haurire fonte. Nihil curamus Politiani (cf. declam. T. III. p. 375. ed. 1550), vel, ex Baylii sententia, Bembi iudicium, cui adeo sorduisse dicuntur sacrae literae, ut Melanthoni diceret nullum se unquam tempus collocasse peius, quam cum S. S. legisset. Nihil curamus Werenfelsii verba:

„Hic liber est (Biblia), in quo quaerit sua dogmata quisque,
Invenit et pariter dogmata quisque sua."

Non impedimur Catholicorum iudicio obscuram esse S. Scripturae indolem, ideoque eius lectionem vetandam [6]), immo

---

verso populo. — *Chrysostomus:* Hoc est malorum omnium causa, quod scripturae ignorantur; propterea nil salvum, nil utile apud nos fit. Ne itaque contemnamus divinarum lectionem scripturarum. Haec enim est *diabolica cogitatio*, quae non permittit, ut thesaurum videamus, ne divitias acquiramus. Atque illud est, quod omnia pessumdat, quod ad monachos solum putetis pertinere lectionem divinarum scripturarum, cum multo magis quam illis sit vobis necessaria. Itaque longe peius est, quam non legere, superfluam esse putare. Haec quippe verba satanica sunt commenta." — *Imper.* Iustinianus novell. const. 146. iussit ut biblia legerentur, ut omnes eorum sententiam amplectentes ad meliora perdiscenda reddantur aptiores, cum in confesso sit multo paratiorem ad meliora discenda et capessenda esse eum, qui sacrorum librorum lectione innutritus non longe a correctione, et ut ad bonam frugem perducatur, dissidet, quam qui nihil horum intelligit.

6) In libro: Llorente, Geschichte der spanischen Inquisition, übers. v. Höck. B. I. p. 574. haec leguntur: „Die Menschen haben die Frechheit bis zu dem gräulichen Extreme getrieben, die Bibel in einer lebenden Sprache lesen zu wollen, ohne zu befürchten, tödtliches Gift darin zu finden." Cautum itaque est a papis, ut omnino non legeretur. Conf. Index librorum prohibitorum Innocentii XI. iussu editus Romae 1704, in quo libro vetita sunt pag. 30.: *Biblia* haereticorum opera impressa — omnino prohibentur; *biblia* vulgari quocunque idiomate conscripta; *bibliorum* summaria et compendia etiam historica, vulgari quocunque idiomate conscripta etc. — Qui contra earum regularum praeceptum et indicem — libros legere audeat, ipso iure in excommunicationis poenam incidet. Hoc decretum

optime de Germania esse meritum putamus Lutherum, quum eam transferret in linguam theodiscam [7]).

Habes Proselytismi formam apud nostros usitatam, de quo suo more i. e. egregie disputavit D. Bretschneiderus noster [8]). Quae sane librorum sacrorum, quorum compendia non esse facienda statuimus [9]), lectio, teste historia, eo adduxit multos, ut per Lutherum non novam conditam esse ecclesiam, sed ab ecclesia apostolica apostaticam in pristinum reductam esse statum libere profiterentur. Lectores nempe assiduos monet

---

Sixtus V., Clemens VIII., Iulius III., Urbanus VIII. confirmaverunt; atque nondum *revocatum* est. Lucius Ferrarius quidem profitetur in „prompta Bibliotheca canonica Rom. 1767. T. VII. p. 33" in Gallia, in Germania, in Britannia ac in Polonia saepius prodiisse biblia in lingua vernacula ac *toleratam* fuisse ab apostolica sede promiscuam eorum lectionem, sed illud decretum nondum annullatum est. Hoc loco commemorari potest, Pium VII., papam, literis ad Stanislaum archiepiscopum Mohileviensem die IX. a. Cal. Nov. a. 1816, et ad archiepiscopum Gnesensem III. die a. C. Iul. ei. a. datis vetuisse, ne a laicis legeretur Scriptura sacra, „cum manifestum esset, e sacris Scripturis, quae vulgari lingua edantur, plus detrimenti quam utilitatis oriri ob hominum temeritatem", atque nominasse societates, quae biblicae vocantur, vaferrimum inventum, quo vel ipsa religionis fundamenta labefactentur. Nuperrime vero Prof. Monachiensis Allioli a papa veniam impetravit S. S. in ling. vernac. vertendi. (Cf. eph. Annalen d. gesammten Theologie. Cob. u. Leipz. 1. B. 1. H.) — Cf. Festum Pentecostes pie celebr. indicit Universitas Albertina. — Insunt decreta, quibus latomi et societates biblicae a pontificibus Rom. damnabantur. Regiomonti Borussorum 1818.

7) Pütter hist. Entwicklung d. deutsch. Staatsverf. 1 Thl. p. 360. ita: Wenn Luther um seine Zeitgenossen und Nachkommen sonst auch keine Verdienste gehabt hätte, so verdiente er blos dafür unsterblichen Dank, dafs er von nun an jedem Deutschen, der nur seiner Muttersprache kundig war, den Zutritt zur Quelle der christlichen Religion eröffnete, um jetzt mit eigenen Augen sehen, prüfen und benuzzen zu können, was dieses göttliche Buch einem jeden zu seiner Beruhigung und Belohnung an die Hand giebt.

8) Cf. Heinrich u. Antonio, oder die Proselyten der römischen u. der evangelischen Kirche., Von D. K. G. Bretschneider. Gotha 1831, 4. Aufl.

9) Cf. *Grulich*, compendia scripturae sacrae in usum plebis iuventutisque Christianae non esse facienda. Neost. ad Orlam. 1826.

S. S. de Deo, non Pharisaeorum more, cultus externi pompa, venerando, sed ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ h. e. recte sentiendo atque agendo: sed silet de ἀρτο-, σταυρο-, ἁγιο-, εἰκονο-, λειψανολατρείᾳ. Mariam nominant modestam virginem piamque Christi matrem: at templis exstruendis, altaribus sacratis, imaginibus propositis, luminibus accensis, votis nuncupatis, peregrinationibus institutis, eam coli Deam, tanquam Paganorum Cybelen, de eo ne verbum quidem legitur. Adhortatur discipulos suos Christus (Matth. c. XX. v. 25.): „Οἴδατε, ὅτι οἱ ἄρχοντες τῶν ἐθνῶν κατακυριεύουσιν αὐτῶν, καὶ οἱ μεγάλοι κατεξουσιάζουσιν αὐτῶν. Οὐχ οὕτως δὲ ἔσται ἐν ὑμῖν· ἀλλ' ὃς ἐὰν θέλῃ ἐν ὑμῖν μέγας γενέσθαι, ἔστω ὑμῶν διάκονος. Καὶ ὃς ἐὰν θέλῃ ἐν ὑμῖν εἶναι πρῶτος, ἔστω ὑμῶν δοῦλος. Ὥσπερ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἦλθε διακονηθῆναι, ἀλλὰ διακονῆσαι, καὶ δοῦναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ λύτρον ἀντὶ πολλῶν", sed papae, labi in errorem nescii, Cardinalium choro stipati ornatique potestate leges ferendi de hominum canonisatione, de remissione peccatorum argento comparanda, de confessione auriculari, de calice laicis surripiendo, de acatholicis flamma ferroque delendis nulla fit hoc loco mentio. Si vero quaeris, benevole lector, quid sit taxa apostolica, quid hora canonica, quid mansa atque casa, quid mensis papalis, quid beneficium residentiae, quid opus supererogationis, quid patrimonium Petri, quid sacrificium missaticum, quid rosarium, quid intentio ministri in Sacramentis necessaria, quid monstrantia — magnae Tibi erunt atque iustae de librorum sacrorum insufficientia querelae. Miremurne, quod nonnulli, de his rebus conqueri nolentes, de confessione mutanda cogitaverint atque cogitent [10]?

---

10) Utamur in his recensendis ordine alphabetico.

Albizius, Ant., nobilis Florentinus, valetudine affectus, legit atque relegit Scripturam sacram huncque inde percepit fructum, ut patriam et Campidoni 1606 ecclesiam romanam desereret. Ad quam quum redire nollet, citatione peremtoria in iudicium vocatus pie obdormivit 1626. Cf. Fabricii bibliothecae T. IV. p. 431. — Narratio de Albitio Eliae Vecellii (Ulmensis) — annexa eiusdem historiae de necessi-

tate reformationis evangelicae per Lutherum feliciter institutae. Ulmae 1692. — Arnolds K. G. Th. II. B. XVII. c. 3. §. 19. p. 919.

Amandus, Petrus, Pomeranus, indulgentiarum ab initio praedicator; postquam ad Lutheri castra transierat, ab hoc in Prussiam, postulante Alberto, missus, Regiomontii in ecclesia Palaeopolitana 29. Novembr. 1523 concionem habuit et seq. anno missam lingua germanica primus cantavit; sed in fine huius anni „ob animi acerbiam et rixas ab ipso commotas" ab officio remotus, Gedanum confugit, inde Goslariam abiit ibique Superintendentis munere ornatus egregie de ludis condendis meruit. Ob. 1530. Cf. *Fuhrmann* Handwörterb. der christl. Rel. u. Kircheng. T. III. p. 451. 3. *proggr.* de primis, quos dicunt, sacror. reform. in Prussia. Regiom. 1823 et 24. (Insunt vitae Brismanni, Polyandri, Sperati).

Amandus, St. (Amand Saintes), acerrimus nostra aetate Iesuitarum propugnator. Qua ex re magnum percepit fructum. Nam quum de horum doctrina recte defendenda cogitaret atque in intimos eorum recessus tenderet, gravissimus factus est huius ordinis adversarius, et, collegio, quod dicunt, relicto, S. sacrae operam navaturus in solitudinem se recepit. Quum tandem, quid de hac re sibi sit statuendum, non amplius incertus haereret, Allobrogum Coloniam adiit, ibique, recuperata receptione in eccles. evang. pastor sacro ritu publice est consecratus. Vid. Der Protestant; eine Zeitschrift etc. Zweiter Jahrg. 1828. Mai S. 461. Desgl. April 1828. S. 302. — Sendschreiben an H. Ch. Coquerel über ein allgemeines Glaubensbekenntnifs der protest. Kirche; v. Abbé *Am. Saintes*, ehemal. Profess. der Philos. (*Das vom Katholicismus verweigerte Recht die Lehre zu prüfen*; der *Mangel an Einheit* in jener Kirche u. a. Gründe bestimmten ihn zum Uebertr.). Cf. dagegen „der Katholik und der Protestant." Aug. 1828. S. 745.

Bale, n. 1495 in Suffolcia, Carmelitanus monachus; sed recepta doctrina evangelica, post varia discrimina rerum episcop. Ossoriensis, denique Canonicus Cantabrigiensis, m. 1560.

Balthasar, Christoph., n. 1548, causidicus Antossiodori regius; den. 1670 Castris Albiensium.

Barre, Anton de la, n. Cameraci, Canonicus. De hoc legitur apud Piererium: Er ging nach Holland, wo er zur protestantischen Kirche übertrat und litterarischen Arbeiten sich widmete u. st. 1750; schr. Histoire de Pologne; la Monarchie des Hebreux; etc. Auch schrieb er in Frankfurt a/M. eine franz. Zeitung unter dem Titel: L'Avant-Coureur.

Benzel-Sternau, Christ. Ernest. comes de, et Godofredus comes de, fratres, cum nobilitate generis et natalium, tum ingenii acumine, meritorum de re publica copia splendidissimi atque vera animi pietate et sinceritate excellentes, professi sunt die XIV. a. Cal. Sept. a. 1827. Francofurti ad M. fidem evangelicam. Quid de Catholicismo, qui dici-

tur, reformando indicavit egregie Ernest. comes de B., legi possunt in libro, cui titulus est inscriptus: Iason lib. I. p. 105. atque in ephem.: „der Protestant", 2. B. 2. H. p. 59., ubi invenitur: „Geschichtliche Darstellung des Rücktritts Sr. Excellenz des Herrn Staatsministers, Grafen Chr. Ern. v. Benzel-Sternau und seines Herrn Bruders, des Grafen Gottfried v. B.-St. aus dem Schoofse der römisch-katholischen in die Gemeinschaft der evangelisch-protestantischen Kirche."

Liceat vero hic apponere epistolam huius viri satis memorabilem.

Addresse:

Den Herren
Consistorialrath und Stadtpfarrer Dr. *Kirchner*
und
Stadtpfarrer Dr. *Friederich*,
Hochwürden
in Frankfurt a/M.

Hochwürdige,
Aufrichtig hochgeehrteste Herren!

In Zuversicht auf die Reinheit meines Bewufstseyns, und von Vertrauen erfüllt auf Dero wahrhaft evangelischen Geist, bitte ich Sie, folgende Mittheilungen aus dem Innersten meines Gewissens und Wesens so geneigt aufzunehmen, als ich sie aufrichtig, frei und lediglich aus eigenster Selbstbestimmung gebe.

Seit ich wahrhaft *denke*, war ich *nur* Christ *durch* und *für* das *menschensatzungsfreie* Evangelium, den Gegenstand meiner Liebe, Erwägung und Verehrung. Hieraus folgt von selbst, dafs ich *dem Wesen nach* schon längst den Catholicismus verliefs.

Die innigste Ueberzeugung von der Wahrheit und Heiligkeit des Wortes: „Der Gerechte wird *seines* Glaubens leben" liefs mich um so weniger Werth auf die auch *förmliche* Lossagung von der römischen Kirche legen, je klarer, wechselseitig verträglicher, gemeinschaftlich der ächten Christengesinnung nachstrebender die Zeit überhaupt, zumal aber in Deutschland war und wurde, welche meine Jünglings- und Mannesjahre enthielt.

Jetzt indessen, da ich mit dem Schlusse meines sechzigsten Jahres an der Pforte des Alters stehe, ändert sich mit unsäglicher Schnelligkeit die Gestaltung der Zeit und des Strebens; es sind die alten Feinde des evangelischen Lichtes und des ächt christlichen Heilandsgeistes von neuem aufgestanden, die Glaubensspannung nimmt täglich zu, der Glaubenskampf dürfte kaum ausbleiben.

In solchen Verhältnissen ist jeder Biedermann schuldig, seinem inneren Glaubensbekenntnisse auch das äussere beizufügen, seine Glaubensfreiheit zu schützen, der erkannten Wahrheit das Zeugnifs zu geben und für sie streitbar zu werden.

Aus diesen Gründen habe ich den *förmlichen* Austritt aus der ca-

tholischen Kirche beschlossen, und richte meine Bitte an Sie, hochwürdige und hochgeehrteste Herren, mich auch äusserlich in die evangelische Kirche, deren Geist und Lehre ich seit mehr als vierzig Jahren kenne, bestätige, ehre, liebe und befolge, baldmöglichst aufnehmen zu wollen.

Meinen Ansichten, Beweggründen und Bitten schliefst sich mein Bruder und ältester Freund und Lebensgenosse, Graf Gottfr. v. B.-St. andurch an.

Genehmigen Sie durch bald gefällige Erwiederung diese Aeusserung des vollständigsten und herzlichsten Vertrauens, so wie den Ausdruck der ausgezeichnetsten und empfundensten Hochachtung und Ergebenheit, mit welcher ich beharre

Ew. Hochw.

Emmerichshofen in Baiern, gehorsamer
d. 24. Juni 1827. Chr. Ernst, Graf v. Benzel-Sternau,
Staatsminister des vormaligen Grofsherzogthums Frankfurt.

Reliqua v. in eph. Der Protest. 2. B. 2. H. inde a p. 55—79.

Beza, Theodorus, Vezelius (n. 1519, den. Genevae 1605), Aureliae primum creatus Licentiatus iuris, dein professor gr. ling. Lausannensis, denique pastor Genevensis, Calvini collega. Occasione matrimonii (quod clam inierat) et morbi cuiusdam commotus esse dicitur, ut in castra Reformatorum se conferret, praesertim *cum semina iam procrescerent, quae* (quum Parisiis literarum ediscendarum causa versaretur) *praeceptor eius Melchior Volmar* (Germanus, qui primus Protestantismo in Gallia propagando studuit) *tenello animo inscruerat.* (Vid. Schroekh. h. eccl. T. II. p. 271. — Bocrisii diss. I. supra laud. p. 14. „Die Liebe zu Claudine Denosse brachte ihn nach langem Schwanken, während dessen er in eine gefährliche Krankheit verfiel, dazu, seinen Pfründen und dem Catholicismus zu entsagen und sich 1548 mit seiner Geliebten in Genf zu vermählen —" narratur in Encycl. Piererian. T. III.). Partes Calvini, pergit Bocrisius, acriter propugnavit et variis (parisino, mompelgartensi) interfuit colloquiis, quae inter excellit, quod in monasterio Possiaco habitum est, ubi, cum causam suam fortiter defenderet, Cardinalis Lotharingius dixit: „utinam Beza aut mutus esset, aut hi surdi." — Ut hunc *Hugonotarum papam* reconciliaret ecclesiae catholicae Clemens VIII., misit Franciscum de Sales, cuius indefessum haereticos convertendi studium perplacebat curiae, Genevam, sed neque rationibus, neque promissionibus (ein ehrenvoller Aufenthalt nach seiner Wahl, ein Jahrgeld von 4000 Goldstücken, die Bezahlung seiner Geräthschaften und Bücher, und zugleich alle erwünschte Sicherheit wurde ihm versprochen — quod refert e libro: La vie de S. François de Sales — par M. de *Marsollier* (canon. et hist. Parisiensis, † 1724 Ucetiae) Schroekh. h. eccl. T. III. p. 511.) potuit allici. — Cf. Hist. bibl. Fabric. Tom. I.

p. 16. — *Adamus* in vitis exter. theol. p. 287. — Ant. *Faius* de vita et obitu Th. Bez. Gen. 1606. — Leben des Th. Bez. etc. v. Fr. Chr. *Schlosser*. Heidelb. 1809. S. 1—361. — *Fuhrmann* Handwörtb. 1. Th. p. 285. — *Bayle* diction. sub v. Beze.

Blanco, Iosephus, filius mercatoris Hispalensis, absoluto philosophiae et theologiae cursu, sacerdotis munere ornabatur. Licet summa cum anxietate officio satisfacere studeret, tamen de doctrina ecclesiae per tot infallibilia concilia introducta dubitare (notum est in Hispania magnum esse hominum, qui eiusmodi dubiis vexantur, numerum) atque in incredulitatis vitium delabi coepit. Celavit dubia, tribunal, quod inquisitionis nomen habet, veritus atque amore erga parentes ductus remansit. Quum vero Napoleon urbi appropinquaret cum exercitu, vir, animo aeger, Angliam aufugit, ubi ipsi ea oblata est medicina, quae malum radicitus tolleret. Lectis enim variis opusculis, (Paley natural theology, or evidence of the existence and attributes of the deity, collected from the appearences of nature. Lond. 1802) maximum esse cognovit discrimen inter decreta religionis Christianae atque inter opiniones, quas tueri solet ecclesia romana. Quibus intellectis transiit ad ecclesiam anglicanam a. 1814. — Cf. Practical and internal evidence against catholicism, with occasional strictures on Mr. Butler's book of the roman catholic church: in sex letters, addressed to the impartial among the roman catholics of Great Britain and Ireland. By the Rev. Ios. Blanco White, M. A. B. D. Lond. 1825. — Der Austritt des span. Geistlichen J. Blanco aus der römisch-cathol. Kirche; von ihm selbst erzählt. 2te Beilage zu der Schrift: Zwei Briefe durch die jüngst zu Dresden erschienene Schrift: Die reine cathol. Kirche veranl. herausgeg. v. D. Tzschirner. 2. Aufl. Leipz. 1826. Porro: Blanco-White, J., Beleuchtung des röm.-cathol. Glaubens. Nach der 2. Ausg. des engl. Originals übers. Dresden 1826. — *Husenbeth*: Vertheidig. des Glaubens u. d. Discipl. der cathol. Kirche gegen J. B. W.: poor Man's Preservative against Popery addressed to the lower classes. Augsb. 1827. — Bl. Wh. Rechtfertigung seiner Beleuchtung, a. d. Engl. Dresd. 1827. — De hoc viro scr. Probstius in libro: Ueber Protest. und Cathol. p. 20. n. „Auch wegen des Uebertritts des ehemal. span. atheistisch gesinnten Priest. J. Bl. zur protest. Kirche hätte Hr. Dr. Tzschirner kein solches Freudengeschrei zu erheben nöthig gehabt; denn es ist natürlich, dafs man vom *Atheismus leichter zum Protestantismus*, *als zur cath. Kirche zurückkehren kann.*" — Archiepiscopus Cameracensis Fenelonius contra incredulum conversurus, nullum aliud medium esse docuit, quam confugere, sine ulteriore mora, ad infallibilis iudicis, i. e. pontificis tribunal. Il n'y a aucun milieu raisonnable, entre le Deisme, et la Catholicité. Hist. de la vie de Mons. d. Fenel. p. 113. v. Iac. Zimmermani opuscul. t. pr. P. 1. p. 21. — Inquisitionis historiam idem nuperrime scripsit sermone an-

glico, de qua in linguam vernaculam transferenda curam gerit Hinrichsius, celeber bibliopola Lipsiensis.

Boxhornius, Henr., past. Bredensis, avus Marci Zuerii, a pontif. ad reformatos transiit. Vid. Bocr. diss. I. p. 14.

Brunfels, Otto, Moguntiaci natus, phil. et theol. opera felici cum successu data, Carthusianorum adiit claustrum, sed hoc brevi clam relicto Lutheran. relig. professus concionatoris munere sese obstrinxit atque nonnulla ex Hussi scriptis, dedicatione ad Lutherum directa, evulgavit. Seriori tempore Basileam venit ibique in arte medica praestantissimorum virorum scholis plures interfuit annos atque Arctopoli 1534 mortem oppetiit. Vid. Allgem. Gelehrten-Lexic. 1. B. p. 1421. In libro: Grand diction. histor. par L. Morery. P. I. p. 505. de hoc viro leguntur: „Comme il avoit peu de santé, il etoit inquiet, et son naturel chagrin le rendoit non seulement inconstant mais même incommode à ses amis."

Buechner, Hector, prior monasterii Banthi; vid. Danz. Kirchengeschichte. 2. Th. p. 427. Scripsit: H. Buechner: Nichts wird aus Rudolf. Mart. Meelführers ins Pabstthum gesch. leidigen Abfall. Coburg 1713.

Burcardus, Waldis, Allendorpio ad Vierram natus, monachus, deinde Lutheranus, obiit pastor Abterodensis a. 1555. Clarus fuit saeculi decimi sexti fabularum, in libro: Aesopus, collectarum, scriptor.

Caffa, Carolus, Italus Th. D., revocav. Ienae 1661 in script. „ingenua Christianae fidei veraeque religionis confessio." „Nihil sunt, dixit, *praeter duo, reliqua sacramenta*, nihil est *corrupti hominis authoritas infallibilis*, nihil est *ignis subterraneus* purgatorius, nihil *humanae operationes* coram Deo, *plurium adoratio* atque invocatio Sanctorum et Advocatorum, cum reliquis omnibus dogmatibus: *quia sunt verbo Dei facta atque introducta ab hominibus.*" Cf. Unschuldige Nachrichten. 1714. p. 747.

Caschai, Ludovicus, olim monach. Augustinianus. Cf. Unschuld. Nachr. 1714. p. 740. „Er bekennt in der Schrift: „Perversa Romana Synagoga, a Converso derelicta, Vitebergae 1678", dafs ihn zu diesem Schritt bewogen habe der Umstand, *dafs die päbstliche Kirche aus Menschen Gott und aus Gott Menschen mache.*" Bonaventurae psalterium virginis beatae ist, nach seiner Ansicht, ein unverantwortliches „sacrilegium maiestatis divinae", weil alle divina nomina, attributa, opera et cultus genera ihr beigelegt werden.

Coletus, Ioa., Londinensis et eques auratus Anglicanus. Postquam Th. D. in Academia Oxoniensi et Decanus templi Londinensis ad D. Paulum creatus fuerat, a *pontificia* relig. ad reform. transiit. Henrico VIII. carus fuit, ob. 1519. Vid. Bocr. l. diss. p. 16.

Dippaet, Gabr. Alexius, e Styria oriundus, Viteb. ad nostram eccl. transiit 1688, his ductus rationibus: „Es ist keine andere wahrhaftige

Kirche Christi, als eben die heilige evang.-luth. Kirche, welches ich ihnen also beweise. Jene ist die wahre Kirche, welche ist una, sancta, catholica, apostolica, d. i. eine ewige, heilige, catholische und apostolische Kirche; denn also lehret das nicaenische Symbolum etc. 1) Die evangel. Kirche ist *einig*, welche an allen Orten und Enden eine Lehrmeinung hat, denn diese läſst überall ganz einig zu, daſs nicht mehr als 2 rechtmäſsige Sacramente seyn, welche aus dem Wort Gottes können bewiesen werden, etc. — 2) Jene ist die wahre Kirche, welche ist heilig; diese ist die evangel.-luth. Kirche, denn die noch heutiges Tages jene heilige Lehre prediget, vor welche alle Aposteln und so viel heilige Märtyrer gestorben, welche so viele heilige Lehrer bekräftigt haben, indem diese nicht für die traditiones, sondern vor das Wort Gottes, vor die heilige Schrift gestorben sind; diese aber hat noch heutiges Tags ganz rein diese heilige Kirche — ergo ist sie heilig. 3) Sie ist catholica. Denn *jene* ist die allgemeine Kirche, welche keinen Heyden, Juden, Ketzer, wenn er sich bekehren will, ausschlieſset, welche an so vielen Orten gepredigt wird, aber diese schlieſset keinen aus, wie sie heutiges Tags ein kleines exemplar an mir vorstellet etc. — ergo ist sie die cathol. consequenter die wahre Kirche. Vid. ei. Gründliche Bekenntniſs der öffentl. Revoc. u. Dankpredigt, 1688. et Arnold Kirch. Gesch. Th. 11. B. XVII. c. III. p. 918. n. 17.

Dobroslavius, *de*, Carol. Mart. Arnoldus, Bohemus nobilis, „quaesivit mens anxia quietem per ieiunia, vigilias atque prodigiosas corporis carnificinas etc. — sed absoluto N. T. codice cum unius atque alterius ecclesiae faciem considerassem, conspexi — in quos quantosque Papatus superstitiosos errorum, fictionum atque stultitiarum deflexerit Maeandros, ut ecclesiae a Christo fundatae praeter nomen arroganter usurpatum et nonnullas Lombardi opiniones, Ethnicis et Stagiraeis principiis innixas, nuper Florentiae et Tridenti canonisatas, retineat vix umbram"; rel. cf. A. und N. Sachen 1735. p. 841 sqq.

Dominis, Marc. Ant. de, n. in ditione veneta. Ob florentissimum ingenium Iesuitae eum ad suam societatem pertraxerunt; postea vero, nescio ob quam causam, tergum vertere coactus (Bocris. dissert. laud. I. p. 17), primum Segniensis (1600), deinde Spalatinus archiepiscopus 1602 (cf. Fabric. T. II. p. 34), accusatus est, quod libero de papa iudicaret atque cum haereticis communicaret. (Er habe von des Pabstes Bann wider die Republik Venedig übel geredet; habe mit Paulo Sarpio correspondiret und gesagt, man könne in allen Religionen selig werden, wenn man nur fromm lebe. Allgem. Gelehrt. Lex. sub n. D.). Quare in Angliam discessit (huius discessus [1616] apologiam edidit: cf. Warum verlieſs M. A. d. Dom. sein Erzbisthum Spalatro? in Kirchen- und litt. hist. Studien u. Mittheilungen v. G. C. T. Mohnike. 1. B. 1. H. Strals. 1825), ubi in communionem Reformatorum rece-

Lipsius, Iustus, polyhistor celeberrimus, in cuius vita adumbranda sequimur Aubertum Miraeum (biblioth. antwerp. † 1640). Natus genere nobili XV. Kal. Nov. eo anno, quo Carolus V., Ioanne Friderico, Saxoniae duce, in proelio ad Albim capto et Philippo, Hassiae Landgravio, in deditionem accepto, protestantes Germaniae proceres domuit, et quidem in Iscano municipio, quod tertio lapide a *Bruxellis* distat. Biennio Athi, in quod oppidum decennis ablegabatur, exacto, Coloniam Agrippinam missus est, dein annos sedecim natus Lovanium. Tantos fecit in omni literarum genere progressus, ut vix novemdecennis „Variarum lectionum" libros ederet atque Antonio Perrenoto Cardinali Granvellano, acri ingeniorum aestimatori, inscriberet. Primus hic ipsi erat aditus ad famam atque in Perrenoti domum, in quam Romae admissus, illi erat a latinis epistolis. Quum ipsi per eundem Vaticana pateret bibliotheca, in Senecae, Taciti, Plauti aliorumque veterum libris mss., inter se comparandis, tempus consumsit. — Inde Lovanium atque Viennam Austriae in Maximiliani II. aulam se contulit; sed frustra iis in locis iuvenem retinere conati sunt viri doctissimi; redire cupiit in patriam atque per Bohemiam, lustrata Praga, per Misniam, Thuringiam et vicinia Saxoniae loca iter instituit, sed, cum tristes de afflicta novo bellorum turbine Belgia nuntii allati sint, *Ienae* paulo plus annum haesit et docuit atque illa primordia ad professorium ipsi munus fuere. (Adr. Beierus Syllab. Rect. et prof. Ienens. p. 987. Th. Sagittarius in Lipsio Proteo.) Rebus in Belgia pacatis oculos ad suos ac sua flexit et Coloniam Ubiorum venit atque Annam Calstriam viduam duxit uxorem, indeque mox Lugdunum, denique Lovanium adiit atque — ut reliqua omittam — docendo inventuti atque scribendo literis deesse noluit. Docuit vero ea gravitate atque comitate, ut ipsos principes haberet auditores; atque scriptis tam inclaruit, ut certatim a principibus vocaretur. De his vero aeque silemus ac de singularibus in vita eius, v. c. gravi odio erga Musicam, vehementi amore in hortos atque canes. Sed de eius religione dicamus. Ienae enim lutheranae ecclesiae addictus fuit; Moguntiaci vero serio et publice in gratiam cum ecclesia cathol. rediit, idque per patres societatis Iesu ibidem factum. Id ipsum literis ad Martinum Delrium, Leodici tunc degentem, datis his libuit testari:

„Reverende Pater.

Amor vester vetus et verus non permittit, ut te celem facinus grande, quod patravi. Dei benignitate eripui me e laqueis, quibus implicabar, et salvus atque incolumis perveni in Germaniam ad Patres vestros. Mentior, salvus. Aeger perveni et pressus pondere peccatorum. Sed Dei misericordia, ope Patrum, illis quoque me liberavit; et hoc unum superest, ut perseverem in bona vita, et firmo eam pede calcem. Iuva o me tuis precibus: tu inquam, qui ad hanc me in parte duxisti, post cuius salutares litteras Deum iterum iratum habeam, si unquam conquievi. Nocte et die me fodit ille stimulus, nec ipse somnus mihi nisi per insomnia inquietus. Deo gratia esto, qui invitum quasi et reluctantem sic eduxit, et posuit in locis, ubi mihi, ecclesiae et reipublicae possim esse utilis. Quod serio recipio me (illo adiuvante) facturum. Sum nunc apud patres Moguntiaci et inter primas curas habeo, ut haec paucula ad te exararem. Laetare, frater, qui vere fratrem et amicum recepisti; et ignosce omnia praeterita: ita Deus tibi quoque ignoscat. Precibus tuis et Patris Orani me commendo serio, serio: quem participem facere huius nuntii potes, sed solum. Nam divulgari non expedit, quia uxor, familia et resculae meae etiamnunc sunt apud Hollandos. Brevi eripiam et palam bonis me reddam. Ora, ora pro me.

Moguntiaci, XIV. Apr. MDXCI.

Nunc demum tuus vere frater

I. Lipsius."

Non defuerunt tamen, qui minus sincera candidaque mente nomen eum dedisse ecclesiae romanae calumniarentur. Adversus quos rabulas ac blaterones audi sic (in epist. ad Ludovicum Thouardum 1591 data) exclamantem: Deus fulmine suo me perdat (cogor enim aliquid pro adfectu ardentius dicere), si est aut fuit in tota hac actione mea aliquid simulatum. Omitto Deum omniscientem illum iudicem et omnia vindicantem: apud homines ipsos ita prostituam meam famam, ut palam ita proditor sim et audiam? etc. Ad hunc veró transitum commotum se esse dicebat *Virgine Hallensi*. vid. Bocr. diss. II. p. 6.

De hac Virgine Hallensi haec leguntur in eius vita: A prima adolescentia Divae Virginis amorem et cultum Lipsius induit eamque sibi patrônam adoptavit, et ducem in periculis, in molestiis, in omni denique vitae cursu elegit, etiam in studiis, Ioannis Damasceni, Ruperti Tuitiensis, Bernardi, Thomae Aquinatis aliorumque exemplo: et si quid accuratius pangendum aut dicendum publice esset, ubi famae vel memoriae res agebatur, precibus ac votis eam supplex adiit, et felici semper successu. Ex Batavia Leodicum ut primum venit, in sodalitium Marianum (cui patres societatis Iesu praesident ac dirigunt) nomen etiam dedit, atque oratione panegyrica publice habita suum in Virginem affectum testatus est. Id ipsum et Lovanii postea praestitit,

atque in frequentandis assidue concionibus ceterisque id genus piis exercitationibus obeundis iuventuti non modo exemplum praebuit, sed et calcar addidit. Ab eodem deinde affectu *Hallas* diu aspiravit et tandem adivit, Hannoniae oppidum, tertio a Bruxellis lapide, magna apud Belgas et exteros fama celebre et miraculis, quae tutelaris ibi Divae meritis a multis iam annis divinitus patrantur, inclitum. Sed cum venit et templum ab intervallo conspectum calide adiit ac preces coepit fundere, sensit trepido quodam gaudio et mixta veneratione corpus animumque percelli, et palam in loco Numen esse, quod vel ignaris mentibus se superfundat. Exinde sacris rite peractis, coepit oculos avide circumferre, ad ipsam Deiparae aram, ad sacelli reliquias, tabulas, donaria et plurima ibi divinae potentiae aut humanae pietatis monumenta. Ubique facta miranda, supra captum aut fidem hominum, supra ipsam naturam: et inter tot miranda subiit illud mirari, nondum fuisse qui ea scripto complecteretur et Dei ac Virginis augendae gloriae divulgaret. Incidit ipsi cupido, quam voto etiam adstrinxit, statuitque inquirere, colligere, scribere, quae huic instituto essent. — Anno insequenti noster in gravissimam aegritudinem incidit, votum fecit, Hallas se contulit; clientem sibi supplicem Diva recreavit ac valetudini paullatim restituit. Ipse *pennam argenteam* (nec potuit pretiosius quidpiam) in templo ante aram Virginis suspendit, et pios hosce versus subscripsit:

Hanc, Diva, pennam interpretem mentis meae,
Per alta spatia quae volavit aetheris,
Per ima quae volavit et terrae et maris:
Scientiae, Prudentiae, Sapientiae
Operata semper, ausa quae *Constantiam*
Describere et vulgare; quae *Civilia*,
Quae *Militaria* atque *Poliorcetica*;
Quae, *Roma*, *Magnitudinem* adstruxit tuam,
Variaque luce scripta prisci saeculi
Affecit et perfudit: hanc *pennam* tibi
Nunc, Diva, merito consecravi Lipsius.
Nam numine istaec inchoata sunt tuo,
Et numine istaec absoluta sunt tuo.
Porro o benignitatis aura perpetim
Haec spiret! et famae fugacis in vicem,
Quam *penna* peperit, tu perenne gaudium
Vitamque, Diva, *Lipsio* pares tuo. —

Obiit, summa cum testificatione pietatis, Christi ex cruce pendentis imaginem frequenter amplectens et nunc Iesu nunc Mariae nomen ingeminans, X. Kal. Apr. MDCVI. — Ceterum de eruditione eius miranda nemo dubitat, id quod Academia Lugduno-Batava hoc epigrammate, in eius icone apposito, apte exprimit:

Crispi, Varronis, Tulli Senecaeque Quirites
Immensa attollunt laudibus ingenia.
Felices Belgae, datus est queis Lipsius unus,
Par dio tantis ingenio ingeniis.

V. Iusti Lipsi V. C. opera omnia, postremum ab ipso aucta et recensita, nunc primum copioso rerum indice illustrata. Antwerpiae MDCXXXVII. Initio primi Operum Tomi praeposita eius *Vita*, ab Auberto *Miraeo* Bruxellensi, Canonico et Biblioth. Antw. ex scriptis illius potissimum concinnata, p. XVIII. fol. — Cf. Auctor libri de idolo Hallensi — Georg. Thomsonus in examine Lipsianae Virginis Aspricollensis. — Swertius in Musis errantibus Lipsiis p. 78. — Arnold K. G. p. 914. — Morer. dictionn. — Wachler IV. B.

Meelfurer, Rudolph. Martinus, Onoldinus, theol. Lic. et biblioth. episcopi Aichstaettensis. Ex familia ortus est, in qua eruditio ebraea, quae Dei est benedictio, semper floruit, uti loquitur D. Loescherus. Sed anno 1712 Augustae Vindelicorum ad pontificios transiit. Scrips. libr. Declaration zur röm. cathol. Kirche 1712; contra quem quum Bibliander atque Struntzius prodiissent, causam suam tuendam suscepit in libr. „Ehre und Freude der heiligen Kirche" 1714 (cf. Walch. bibl. II. p. 145. — v. Bocr. II. diss. p. 9.) (In dieser Apologie (cf. Allg. Gel.-Lexicon.) verging er sich wider den westphälischen Frieden so, dafs das evangel. Corpus zu Regensburg ein Ahndungsconclusum wider ihn erliefs. Im Jahr 1725 trat er zur evangel. Kirche zurück und zeigte dieses in einer „Demüthigsten Addresse an das Corpus Evangelicorum" mit den Worten an, dafs der freundliche Heiland in der Höhe Barmherzigkeit an seiner Seele gethan und ihn zu den lautern Quellen Israels zurückgeführt habe, dafs er dem continuirlichen Zurufe des heiligen, guten Geistes nicht länger widerstehen solle, dafs er die Unruhe des Gemüths in dem vorigen Irrwege nicht länger zu ertragen vermögend gewesen, und seine readmissio ad sacr. evang. zu Leipzig in der Nicol. Kirche 1725 erfolgt sei.) — Unsch. Nachr. 1713. p. 100. 851. 1714. p. 499—797.

Mertzen, M. Ph. Paulus; v. Sammlung von a. und n. Sachen 1728. p. 777.

Metternich, Ernestus, comes de, qui erat a consiliis de rebus publicis gerendis regi Borussiae intimis. V. Unschuld. Nachrichten v. J. 1731. — Soliloquium des Gr. v. M. sammt desselben Beantwortung. Berlin 1728. 4.

Minutoli, concionatoris evangel. filius et ipse concionator, Genevae, munere relicto, ad cathol. eccles. transiit, atque nomen dedit militiae. Anno 1722. Friburgi edidit scriptiunculam: „Sentiments particuliers des Ministres de Geneve", in qua monstravit ministrorum Genevensium *indifferentismo* commotum se fuisse ad transitum.

Morinus, I., Blessensis, n. 1591. Primum Lugduni Batavorum

phil. atque iuribus et postea theol. et linguis orientalibus sedulam navavit operam, tandem Lutetiam Parisiorum abiit, ubi (il vint ensuite à Paris, ou il fut connu du Cardinal du Perron qu'il conversat à la religion catholique. Morer dict. T. III. p. 566.) reformata cum pontificia eccl. mutata praedicator oratorii factus est. Vitae eius descriptio a Simone praefixa est libro: *Antiquitates Orientales.* — V. Bocr. l. l. p. 10. Wachler LG. IV. B. p. 90.

Mulmann, Io., Lipsia-misenensis, Coloniae Agrippinae studiis operam dedit et Iesuita factus principis hadamariensis fuit a confessionibus; ob. 1651. De eius scriptis v. Bocr. l. diss. p. 10. — Fabric. Tom. IV. p. 204.

Neidhardt, I. Eberh., n. 1607 in arce, cui nomen est Falkenstein, in Austria superiori sita. Ad XIV. aetatis annum usque evangelicae fidei deditus, recepit se in societatem Iesu, et aliquamdiu philosophiam moralem et ius canonicum docuit. Tum confessionarius Mariae Annae, quam in Hispaniam sequeretur, atque inquisitor factus est. Hispania relicta Romam adiit, ubi cardinalis et Archiepiscopi Edessensis titularis dignitate ornabatur. Edidit „examen theologicum de IV. propositionibus super cultum immaculatae conceptionis B. V. Mariae" et ob. 1680. V. Allg. Gel.-Lex. — Bocr. p. 11.

Nesselius, Dan., Ulzena-Luneburgicus, in academiis Germaniae studiis suis diligenter incubuit. Anno 1667. Viennam profectus, legationum secretarius constitutus, Lutheri dogmatibus relictis, pontificiorum assumtis, a Leopoldo imperatore inter nobiles relatus est. *Fuit* Lambecii successor. Mort. 1700. Allg. GL. B. III. p. 867.

Nigrinus, Barth., Dantiscanus, concion. eccl. ref. transiit ad cath. 1643. atque id effecit, ut Ladislaus IV. Poloniae rex colloquium charitativum a. 1645. Thorunii haberi iuberet. At sine successu. v. Fuhrm. Handwörterb. 3. Th. p. 831. — Geschichte der protest. Theologie von der Concordienformel an bis in die Mitte des 18. Jahrh. v. D. G. J. Plank. Göttingen 1831. p. 313.

Nihusius, Bartholdus, Wolpa-Brunsvicensis, n. 1589 parentibus luther. Anno 1622 Coloniam se contulit, ubi ad partes pontificiorum defecit, *discordia* Theologorum Helmstadiensium, uti aiebat, commotus. Quo facto abbas Ilefeldendis factus, tanto fastu turgebat, ut a ministris suis dominus gratiosissimus salutari voluerit. (Calixt., de arte nova p. 151.) —. Expulsus Ilefeldia a Suecis Amstelodami exul fato concessit 1657. Cum Calixto et Horneio gravia miscuit certamina, quo pertinet eius „ars nova dicto scripturae sacrae unico lucrandi e Lutheranis plurimos in partes Pontificiorum, detecta nonnihil et suggesta theol. Helmstadiensibus Calixto et Horneio (Hildeshemii 1632.). — Eius apologeticus pro arte nova, contra andabatam Helmst., opp. „Calixti digressioni de arte nova" (v. Walch. bibl. th. II. p. 143.). Summa artis Nihusianae (v. Budd. isag. p. 1276.) eo redit, probationem omnium eorum,

quae pontificii doceant, ab iis declinandam, (v. Plankii lib. c. p. 316.) cum in possessione sint et se titulo *praescriptionis* (cf. Lehrb. d. jurist. Encycl. v. Hugo, Berlin 1817. §. 200 et 239.) tueri queant; quae autem a protestantibus affirmentur, aut quae ipsi contra protestantes negent, ex sola scriptura et quidem *ipsis eius verbis* demonstranda esse. Nihusio assentiebatur Franc. *Veronius*, Iesuita, in libro: Methodus nova, facilis et solida haeresin ex fundamento destruendi. 1645., et *Fratres Walenburchii* in libro: methodus augustiniana defendendi et probandi fidem catholicam ex solo verbo Dei. Col. 1645. Quapropter his viris nomen „Methodistarum" inditum est. — Walchs Rel. Streitigk. aufser der luth. K. Th. II. S. 191 — 224. 1100 — 3. Schroekh. KG. IV. Th. p. 252 — 55. Fuhrm. Handw. Th. III. p. 120 — 21. — Acta eccles. VI. T. p. 192. — Anzeige seines Abfalles an den Generalsup. Kromaier. Köln 1622. et Verantwortungsschreiben auf die Widerlegung der Anzeige des Joh. Saubert. Ebend. 1625.

Pannich; v. Ninnich evangel. Kirche l. l. p. 118.

Pappenheim, I. Frid., comes de; — v. Religions-Assecurationssache, ausgest. 1774, in welcher er dem Corpus evangelicorum die beständige Aufrechthaltung des ritus der evangel. Religion verspricht, in act. eccl. h. n. temp. T. I. p. 610 sqq.

Pastorius, Ioach., ab Hirtenfeld, eques polonus et historiegraphus regius, multis scriptis celeber, floruit medio saec. XVII. et ultra, tandemque in magna persecutione, a Polonis contra Unitarios exercita, ab hisce transiit ad Romano-catholicos, *fortasse quod illius vim perferre ac sustinere nequiret.* V. Sard. 149. Arnold. KG. P. II. 564. *Fabric.* bibl. T. II. p. 80.

Pelisson, (Fontanier) Paul., Gallus, n. Biterris 1624. Tolosae iurispr. studio occubuit; scripsit 1653 gallico sermone historiam academiae francicae, (v. Ioech. Lex. III. p. 2031.) atque 1660 per Fouquetium creatus est unus eorum, qui regi sunt a consiliis in rebus publicis administrandis. Ob amicitiam cum Fouquetio in carcerem damnatus, per quinquennium captivus tenebatur. Ut *vinculis liberaretur, in pontificiorum castra se transtulit*, (Schroekh. VII. B. p. 105.) et nunc summis honoribus — erat libellorum supplicum magister — perfunctus est. Ob literarum commercium cum Leibnitzio (v. c. de la tolerance des religions, lettres de Mr. de Leibnitz, et réponses de Mr. Pelisson) clarus; ob studium reformatae ecclesiae addictos ad suam vel auro atque argento trahendi famosus. (v. Schr. l. l. p. 106. VIII. B. 468. ubi legitur: „Pelisson, der das Geld in den Provinzen ausstreuete, wirkte weit schneller. Der gewöhnliche Preis, der auf eine sogenannte Bekehrung gesetzt wurde, war, wie Benoit (histoire de l'Edit de Nantes III. T. à Delft 1695, 4. p. 351.) erzählt, 2, 3, 4 bis 5 Pistolen, je nachdem die Personen, oder eine zahlreiche Familie, die man gewinnen wollte, beschaffen waren etc.") Ob. 1693. V. Bocr. p. 14.

Perron, Iac. Dav. du, n. 1556, den. 1638. De hoc viro narrat Calixtus in tractatu de arte nova, Francf. 1652. 4. p. 129.: Educatus quidem apud reformatos (cf. Moreri dict. T. IV. p. 184: en naissant il suçça avec le lait les erreurs de Calvin, dont faisoient profession ses parens, qui pour n'être pas inquietez dans cette créance se retirerent à Geneve, et s'etablirent depuis dans les Etats de Berne), opes et dignitates, quarum inter hos consequendarum copiam non esse facile intelligebat, ad pontificios transiens, (Morer. l. l. Ce Prince (Henri III.) eut une grande estime pour son mérite. Ille fut augmentée quand Du Perron ayant lu avec assiduité la Somme de Saint Thomas, les saints Peres, et surtout Saint Augustin, il y trouva la condamnation de ses erreurs, et les abiura) indeptus est, episcopatum videlicet Ebroicensem, archiepiscopatum Senonensem, cardinalatum: laudem tamen moderationis, quae in transfugis oppido rara, cum eruditione coniunxit. Admodum laudatur eodem loco P., quod et Spondanum et Henricum Magnum orationis suavitate atque dignitate ecclesiae romanae reconciliavit.

Huius itaque ecclesiae defensores atque fautores alterum tribuunt ipsi a Bellarmino locum (cf. Budd. isagog. p. 1250.), quem in eo occupatum conspiciebant, ut Mornaeum, qui in libris quatuor de eucharistia Romanenses offenderat, et scriptis et verbis (in colloquio Fontis bellaquei MDC. habito) refutaret, atque pontificiorum potestatem supra reges evinceret.

Peyrerius, Isaacus de la, n. 1594 Burdegalae. Ob scriptum „systema theologiae praeadamiticae" (cui ansam dedit locus in *ep. ad Rom.* c. V.) est notissimus. Magnas ideo turbas dedit et Bruxellis a. 1656. in vincula publica coniectus est, *nec prius veniam impetravit, quam Romam contenderet seque ac scriptum suum ad pedes Pontificis proiiceret*, errorem eiuraret (Epistolam scripsit, in qua exponit rationes, cur dogma de Praeadamitis sollemni iureiurando abiecerit — v. Fabr. bibl. V. p. 256.) et a reformatis ad romano-catholicos se converteret, licet revera a suis opinionibus nunquam secesserit nullique religioni addictus fuerit, sed tacito sub pectore artem nihil credendi foverit. V. Boer. l. l. p. 15. — Bayle. — Supplementa Act. erud. l. III. p. 388.

Epitaphium eius lingua gallica hoc est (V. Allg. Gel.-Lex.):

Le Peyrere ici git, ce bon Israelite,
Huguenot, Catholique, enfin Preadamite.
Quatre religions lui plurent à la fois;
Et son indifference etoit si peu commune
Qu'après quatre vingt ans, qu'il eut à faire un choix;
Le bon homme partit, et n'en choisit pas une.

Pfeiffer, Io. Philippus, Noribergensis, th. D., P. P. Regiomontanus, concionat. aulicus et bibliothecarius Wallenrodensis. Ad Pontificios transiit et mort. est Canonicus in Polonia. — Cf. Walch. bibl. II. p. 144. — Beantwortung etlicher Vorwürfe einiger die von Königsberg an ihn

geschrieben haben, nachdem er die lutherische Kirche verlassen und sich sammt den Seinen mit der reinen, heiligen, allgemeinen apostol. Kirche vereinigt hat. 1695. (Vita eius, descripta a Chr. Helwigio, inserta est Gryphii vitis selectis.)

Pistorius, I., Niddanus-Hassus; primum medicus, deinde Ictus et consiliarius Marchionis badensis, postea soccessu a Lutheranis facto et perducto in suas partes Marchione Iacobo, Th. D., tandem Rudolpho II. a consiliis et confessionibus etc. Ob. 1608. (V. Bocr., Fabr., Conring. de Script. S. XVI. p. 128. Huius dogmata et argumenta passim confutavit D. Heilbrunner im uncatholischen Pabstthum p. 27, 35, 41 sqq. De ei. script. v. Morer. dict.) Ipsi sese opposuit Balthasar Mentzer in anti-Pistoriano propugnaculo, Marpurgi 1600 et 1604.

Pithoeus, Petrus, Trecensis, Gallus, I. C. et philologus, Turnebi et Cuiaci discipulus atque in iure civ. rom. ad illud evectus fastigium, ut de eo eiusque praeceptore Cuiacio dici iure potuerit, hunc discipulo praeripuisse, ne primus Ictus esset, illum praeceptori, ne solus. v. Fabr. T. III. p. 826. Varro Gallicus ob eruditionis thesaurum appellabatur. Paulo post lanienam Parisiensem, in qua paene perierat, a reform. in gremium eccl. rom. se contulit. — V. *Bocr.*; eius vitae *descript.* auct. Ioanne *Brivino*; *Morer.* dict. Obiit Nogenti 1596. — Epitaphium:

Hic, Pithoee, iaces, quondam memorabile nomen
Parisioque foro, Pierioque choro.
Ossa licet teneant qui te genuere Tricasses,
Longa tibi in libris vita futura tuis.

Praetorius, Matth., concion. evangel. in Borussia saec. XVI. Scripsit librum, cui tit. est: „tuba pacis ad universas dissidentes in occidente ecclesias, seu discursus theologicus de unione ecclesiarum romanae et protestantium, nec non amica compositione controversiarum fidei inter hosce coetus, in Dei O. M. quam maximam gloriam universae Iesu Christi ecclesiae bono exhibitus", (v. Fabr. T. IV. p. 828.) atque trans. ad cath. — In theod. ling. transl. est hic liber: „Des Mattheus Praetorius aus Preufsisch Memel, der Lutherischen Gemeinde zu Nibbudz Predigers, Aufruf zur Vereinigung an alle im Occident von einander abweichenden Kirchen. Aus dem Lateinischen übersetzt, mit einer theol. Vorerinnerung und mehrern Anmerkungen vermehrt durch A. I. Binterim, röm.-cath. Pfarrer in Bilk und der Vorstadt Düsseldorf. Aachen 1822. — Neuer Versuch zur Bekehrung der Proselytenmacherei v. M. F. Scheibler. Darmst. 1823. p. 33.

Probst, I.; v. „Ueber Protestantismus und Catholicismus, oder Darlegung der Gründe, die einen Protestanten bewogen, zur cathol. Kirche zurückzukehren." In drei Briefen von J. Probst. Speyer 1827. Ad transitum commotus est lectione horum librorum: *a*) patrum ecclesiae; *b*) systematis theol. Leibnitziani; c) libri a Kastnero scr.: „das Urchristenthum", et libri, cui tit. est: „discussion amicale sur l'etablisse-

ment et la doctrine de l'Eglisse anglicane, et en général sur la reformation." — Praecessit confessionis mutationem examen ad protestantismum spectans. Quo quidem instituto invenisse sibi visus est haec: a) *ecclesiam veram non esse protestantibus;* (p. 22. Nach langer, reiflicher und vielseitiger Erwägung, nach kritischer Untersuchung sowohl der protestantischen, als der catholischen Kirche, nach besonderer und specieller Untersuchung aller streitigen Glaubenspuncte bin ich zu dem wichtigen Resultate gelangt: dafs die protestantische Kirche eigentlich keine wahre, in sich zusammenhängende, auf festen Principien gebaute Kirche, sondern ein Bruchstück ohne innern Haltungspunct, und einem immerwährenden schwankenden Perfectibilismus unterworfen ist und also des Hauptcharacters einer Kirche, nämlich Festigkeit und Bestimmtheit ermangelt u. s. w.) b) *Lutherum in ecclesia, abusibus deturpata,* (p. 30—31. etc.) *reformanda minime sese praestitisse Dei legatum;* (p. 34. — Wenn wir aber auch annehmen, dafs eine Privatperson zur Begründung einer Reformation befugt gewesen wäre, so glaube ich doch, dafs Luther, der eigentlich doch der Schöpfer der Reformation ist, nicht zu diesem grofsen Werke geeignet war. — Jeder Billigdenkende wird zugeben, dafs ein Mann, der das depositum sacrum der Menschheit, die Religion etc. von gewissen Schlacken, die ihr im Strome der Zeit aus menschlicher Schwäche zu Theil wurden, reinigen will, nicht nur bestimmt wissen mufs, was er will, und was Bedürfnifs ist, sondern auch von einem heil. Eifer beseelt, dabei demüthig und bescheiden und nicht hitzig und leidenschaftlich seyn mufs. — Also war Luther kein Reformator — denn er wufste nicht was er wollte (p. 35.), er war nur eigensinnig (p. 38.), er war feindselig gegen die röm. Kirche (p. 39, 40.), er war kein Mann Gottes (p. 45.); dasselbe gilt von Zwingli (p. 46.) —). c) *Protestantes, in varias discissos sectas,* (p. 62 et 63.) *incredulitati favere atque scepticismo,* (p. 65 — 74.) *atque omnino recessisse a confessione augustana,* (p. 76 etc.) *ritumque in evangelica ecclesia omni carere pompa atque caerimonia* (p. 137.). His expositis sudat auctor in defendenda Catholicorum doctrina de transsubstantione, de indulgentia, de cultu sanctorum etc., ita ut in mentem veniat illud: risum teneatis amici.

Rabe, Io. Iacobus, conversus Romae 1570, paulo post canonicus Straubingensis factus atque 1584 necatus, scripsit epistolam de fide catholica ac suo ad eam accessu apologeticam. Contra ipsum prodiit auctor poematis, quod inscriptum est: Nycti-Corax. V. Allg. Gel.-Lex.

Ranzau, Christoph. comes de, nobilis ex Holsatia, apost. factus est, quod inter ecclesiam romanam atque primaevam egregium consensum reperisse crederet. V. Möller. Cimbria liter. I. p. 520. Henke KG. IV. p. 290. De hoc viro leguntur in libro: Neuer Versuch zur Bekämpfung der Proselytenmacherei v. Scheibler p. 92. haec: „Er war auch einer von den geistlichen Söhnen des Lucas Holstenius, und durch die er-

wärmenden prachtvollen Aufzüge und andächtigen Büfsungen, die er in Rom sahe, wurde diese schöne Frucht der Kirchenmutter vollends und schnell zur Reife gebracht. Noch im Jahre 1649 hatte er einen Mönch aus dem bei Helmstädt gelegenen Benedictinerkloster zu einem lutherischen Proselyten gemacht, und schon im folgenden Jahre wurde er, gleichsam um diese Sünde wieder gut zu machen, selbst ein catholischer Proselyt. Dazu machte er auch, nachdem er in den Grafenstand war erhoben worden, weil er es für unerlaubt hielt, eine Ketzerin zu heurathen, die Aebtissin von Gandersheim." De alio, cui nomen est *Iosias Ranzaw*, (Marechall de France, — né dans illustre maison de Ranzaw du Duché d'Holstein, qui (1645) abiura la doctrine de Luther et se fit Catholique) cf. Mor. dict. T. IV. p. 242.

Reck, Io. de; v. Rotermund zu Joecher VI. 1519.

Reinhardus, Leonhardus, Augustanus, fidem cath. amplexus scripsit: Unumstöfsliche Schlufsreden, in welchen mit klarer Sprache der heiligen Schrift dargethan wird, dafs die Kirche Jesu Christi allezeit sichtbar und unfehlbar habe seyn müssen, und dafs diejenigen, so vor 200 Jahren sich vor Reformatores der Kirche ausgegeben haben, nicht die geringsten Zeichen ihrer göttlichen Sendung aufweisen können; verf. v. L. R. Ausgb. 1749. v. Act. eccles. 73. Th. p. 909 — 18. De eius ad evang. eccles. reditu leg. Act. eccl. 92. Th. p. 398.

Riepenhausen, Fr., pingendi artifex, mort. IV. a. Non. Ian. 1831 Romae. Moribundus sese convertit ad eccl. rom. v. Beckii Repertorium, a. 1831.

Romberg, nobilis ex Westphalia, cath. amplexus est eccl., ut sibi terrestrem servaret vitam, quum interdictum de certamine singulari violasset. v. A. u. N. Nachrichten 1758. p. 152.

De *Rossovio* cf. Neue Jahrbücher für Religions-, Kirchen- und Schulwesen. 1822. 2. Heft. p. 192 sqq.

Rubeanus, Crotus (v. Johann Jäger v. Dornheim in Thüringen.). De hoc viro conf.: die biographisch-litterarischen Erläuterungen zu Ulrichs v. Huttens Klagen u. s. w. herausg. v. Mohnike, Greifsw. 1816. et Eichstadtii progr. de poesi culinaria II. p. 17. 1831.

Saurinus; liceat apponere, quae de hoc leguntur in Zimmermanni opuscul. T. II., p. 230 sqq. Manifestissimum est hoc unum agere doctores ecclesiae romanae, ut illi, quos in ecclesiae suae gremium reducere volunt, *ore saltem fateantur* dari iudicem infallibilem, hocque facto ipsis relinquant, quid de religionis articulis, inter pontificios et nostros controversis, velint sentire. Commemorabile huius rei exemplum habemus in *Saurino*, olim V. D. in Helvetia ministro, sed postea in castra Pontificiorum traducto. Homo hic in disciplinis mathematicis, Geometria imprimis, erat probe versatus, eoque nomine conversionem huius hominis laudibus multis extollunt eccl. rom. doctores. Nihil, inquiunt, ingenia eiusmodi admittunt, nisi

quod certis et immotis est superstructum rationibus. Quandoquidem igitur homo tam acris ingenii, relicto coetu reformatorum, in castra pontificiorum transiit, necesse est religionis pontificiae dogmata omnia ita esse evidentia, ut vel ad rigidissimas Geometriae leges exigi possint. Nolo hic urgere, quod homo ille non conscientiae stimulis concitatus, aut argumentorum vi commotus, sed ob turpissima furta in Helvetia commissa et inopiam in Galliam migraverit, seque episcopo meldensi Bossueto, qui tum temporis oraculum in controversiis tractandis habebatur, commendaverit. Luculenter hoc patet ex epistola ipsius Saurini manuscripta ad ministrum ecclesiae gallicae Tigurinum data, et Mercurio Helvetico, qui Neocomi editur, inserta. At hoc non urgebo: perpendam duntaxat rationes, quibus homo ille inductus est, ut in gremium ecclesiae romanae sese reciperet. Exstat historia huius conversionis apud Gayot de Pitaval, advocatum parlamenti parisiensis, in collectione, cui titulus: Récueil des causes célébres et interessantes, T. V. p. 76 sq. Hic narratur convenisse Saurinum Bossuetum, atque in sinum ipsius coniecisse dubia varia, quae hactenus impediverint, quo minus nomen daret ecclesiae romanae. Inter illa referendum imprimis dogma de transsubstantiatione. De hoc aliisque dogmatibus Saurinum per integrum mensem cum Bossueto acriter certasse, tandem vero victum esse. Argumentum autem validissimum, quo hominem adeo acuti ingenii expugnavit Bossuetus, huc redit: *Qui fatetur necesse esse, ut sese adiungat ecclesiae romanae, omnes illius articulos admittere tenetur, quia absurdum et contradictorium esset, ecclesiam infallibilem admittere, et tamen decretis illius nolle subscribere.* — O admirabilem vim veritatis! Annon hoc idem est, ac si Bossuetus ita allocutus esset Saurinum: Persuade tibi, Saurine, firmiter ecclesiam romanam esse infallibilem, et post hoc, quod lubet, poteris credere. Egregia sane conversio, digna homine, qui nonnisi rationibus geometricam evidentiam aequantibus cedere solet etc.

Scheffler, Ioa., (Angelus Silesius, quod nomen ob amorem in Ioannem ab Angelis assumsit) n. Vratislaviae, medicinae studiosus, deinde, rel. cath. accepta, medicus, cuius ope peculiari Ferdinandus III. imper. uti solebat. Scripta eius: causae fundatae, cur abiecto lutheranismo catholica religio sibi capessenda fuerit, Straub. MDCLII. 4. et reliq. v. Walch. bibl. th. II. p. 143, 144. Sammlung v. a. u. n. Sachen 1727. p. 31. Carminum praeterea sacrorum (v. c. Der Tod führt uns zum Leben. — Die Seele Christi heil'ge mich. — Ich will von meiner Missethat. — Mir nach spricht Christus unser Herr.) suavis fuit auctor. — Arnold KG. 915.

Scioppius, Casp., Neagora-Palatinus, n. 1576., qui plerumque commune eruditorum flagellum et Germanorum Lucianus appellatur, (v. Gerber unerkannte Sünden I. c. P. III. p. 808.) ob singularem eruditionem Caesaris et regis Hispaniarum consiliarius factus et comitis splendore ornatus est. (Fabr. bibl. lit. T. III. p. 528.)

Ob stilum mordacem, quo contra Scaligerum in libro „Hypobolimaeus" uteretur, neque Iacobum, Angliae regem, perstringere dubitaret (v. Casaub. epist. CLV.) atque Iesuitas omnis generis conviciis proscinderet, in lib. „de monarchia Iesuitarum" sub nomine Alphonsi de Vargas edito, ex quibus tandem „Tuba magna" conflata est, (v. Act. erud. Lips. 1714. p. 65.) canis grammaticus dictus est. Sed haec non sunt huius loci. In religione vero eum inconstantem fuisse scimus, cum *suasu Baronii ad pontificios transiit, qui ipsi spem ad dignitatem Cardinalitiam perveniendi* fecisse dicitur. (conf. Bocr. diss. II. p. 18. et C. Scioppii epistolam de sua ad orthodoxos (i. e. romano-catholicos) migratione, et de veritate interpretationis et sententiae catholicae in ambiguis scripturarum locis et controversis fidei capitibus. Ingolstadii 1600. Addita est epistola ad C. Baronium de illius annalibus ecclesiasticis; fatetur enim se eorum lectione commotum fuisse ad faciendam commutationem religionis, in qua natus et educatus fuerat, cum romana. Fabr. T. VI. p. 468.). Mortuus est Paduae 1649. Plura si quis de conducticio hoc aulae romanae, qui ardore et insania minime toleranda protestantes aggressus est, (v. I. Ch. Klotzii lib. de libris auct. suis fatalibus, Lips. MDCCLXV. p. 38.) mancipio scire cupiat, adeat Reimanum in hist. l. G. P. V. p. 188. Bailium in dictionario, Morhof. polyh. T. I. l. IV. 116.

Spangenberg, Georg., n. in pago, cui nomen est Klettenberg, in comitatu Hohensteinensi sito, a. 1698; Ienae literis, duce Buddeo et Walchio, theologicis operam dedit, sed, his studiis relictis, 1724 apud *ducem Meiningensem* et 1746 apud archiepiscopum Trevirensem scriba factus, ad Cath. trans. Utrum controversiis in eccl. evangel. agitatis graviter offensus, amore, quo princeps ipsum foveret, commotus fuerit, ut ad ecclesiam rom. transiret, cuius consensum cum regimine episcopali et ceremoniis primaevae ecclesiae laudare solebat, an propensione quadam ad mysticismum ductus, certo definiri nequit. V. Schroekh. KG. VII. p. 60. Mosers patriot. Archiv 7. B. p. 193 — 372.

De hoc viro legitur apud Scheiblerum lib. l. p. 94. hoc: „Der Hauptgrund seiner Religionsveränderung scheint in seinem überwiegenden Hange zur Mystik gelegen zu haben, wie es auch von einem Bruder des frommen Herrnhutischen Bischofs leicht zu erwarten war. Diefs läfst auch sein ganzes übriges Betragen vermuthen. Denn sein Glaubensbekenntnifs, welches er im J. 1771 aufsetzte und 1777 vollendete, ist mehr christlich-apostolisch, als römisch-catholisch; alle Unterscheidungslehren dieser Kirche sind durchaus weggelassen, dagegen wird die Religion eigentlich auf eine Angelegenheit des Herzens zurückgeführt; die Bibel bleibt in demselben alles; er nahm mehrere Stellen aus geistlichen Liedern der evangel. Kirche auf, und erklärte sich gegen seinen Freund, den ältern Moser: es komme alles auf den Glauben an Christum an, alles Uebrige sei Pfaffengeschwätz. Er war

ein Freund des Klosterlebens u. s. w.; schätzte die Brüdergemeine sehr hoch: lauter Merkmale, die nebst seinen unsträflichen Sitten einen Mystiker zu erkennen gaben. Indessen war er doch auch von der Schwachheit gemeiner Proselyten nicht frei, mit recht leidenschaftlichen Bemühungen eine Menge junger Leute beiderlei Geschlechts zur cathol. Kirche zu bringen. — Er st. 1779. — Dieses neuen Ankömmlings also würde die catholische Kirche sich rühmen können, wenn nicht aus allem deutlich erhellte, daſs er auch noch nach seinem Uebertritt im Grunde mehr evangelisch als catholisch gesinnt war. Er würde ohne Zweifel auch zu jeder andern Secte übergegangen seyn, wenn er noch mehr Nahrung für seinen Mysticismus in derselben zu finden geglaubt hätte."

Spondanus, Henr., Gallus Malleosolensis, reformatorum sacris relictis pontif. amplexus est. V. Bocrisii diss. II. p. 19. — Conf. Petri Frizonii theologi parisiensis vitam Henrici Spondani, praemissam *huius* continuationi annalium ecclesiasticorum etc. Ex hoc libro haec transscribere placet.

Henr. Spondanus, n. (1568) parentibus, qui *proh dolor!* nescio qua illorum temporum iniuria, nescio quo rerum novarum studio et pruritu, haeresin Calvinianam sine sensu hausere. *Hinc* vehementissimum animi dolorem concepit moestissimus filius, saepe saepius mente sua revolvens Roussolii verba: infelices parentes suos in religione catholica educatos in haeresis Calvinianae laqueos incidisse. Grandior factus Orthas ad Gavum Bearnensem lapideo ponte ornatum, sitas in Bearnensi principatu, mittitur educandus et literis humanioribus *informandus*, puer maxima praeditus ingenii acie, sed, *o nefas! versatus est ibi cum adolescentulis Calviniana peste laborantibus, cuius venenum brevi haustum infecit mentem*, et gratiam sanctificantem a Deo infusam animae in baptismi sacramento corrupit etc. Cum coronidem studiis literarum humaniorum et philosophiae imposuisset, Scotica et Anglicana peregrinatione confecta, iuri pontificio et caesareo addiscendo se consecravit omnesque legum civilium libros evolvit, (Digestum, Codicem, Instituta, Authenticum, librum Feudorum, qui alio nomine Collatio nuncupatur) Caesarodunum Turonum ad Ligerim adiit, ibique causidicus in patrociniis atque in officiis forensibus factus, atque a rege creatus est a consiliis et libellorum supplicum Navarraeorum magister. — Nec ita iuri attendebat, quin aliquid temporis daret lectioni omnium controversiarum in rebus ad religionem spectantibus a Roberto Bellarmino emissarum in lucem, quae terebantur tunc tempestatis non modo manibus Catholicorum, verum etiam sectariorum; quas invito dente rodebant haeretici, vere mures pontici, sicut Tertullianus Marcionem, Evangelium rodentem, appellat. *Illo tamen hamo*, illa *frequenti lectione inescatur tandem a divino piscatore* Spondanus et inter *haeresis tenebras luce divina perfunditur;* verbo, *Bellarmini lectione atque Du Perronii facundia*, etiam

suadam atticam superante, convertitur. „*Illius*, inquit, *scripta monumenta*, *huius documenta* vivae vocis oraculo effata me *allexere*, allectum *vocavere*, vocatum *tetigere*, et errorum, quibus fidem adhibebam, ineptias digito *monstravere*; illi ipsi docuerunt fidei christianae vera dogmata; illi ipsi nutantem me firmum, inclinantem me stabilem reddiderunt certo certioribus religionis nostrae mysteriis. Ita vere et animose fatebar neminem illius praeclara opera legisse, neminem huius vocis et orationis tonitrua audivisse, quin commotus non remanserit titubans victus, expugnatusque non cesserit, nisi forte qui inscitia laborat, invidia corroditur, odio praevenitur, nimia sui aestimatione et arrogantia effertur."— Ita eo deductus est, ut undecimo d. Kal. Oct. 1595. Parisiis perageret *scelerum exhomologesin universalem*. — Eundem deinde sacros suscepisse ordines Romae, atque per varios casus episcopum factum Apamiensem (ubi trium annorum episcopatus spatio per eum mille quadringenti tum mares, tum feminae, nobiles et ignobiles haeresin eiurasse narrantur), a. 1652 Tolosae mortuum esse constat. Scripsit inter alia de „coemeteriis sacris" atque edidit „epitomen annalium Baronii", de qua Degoreus Whear in libr. de ratione et methodo legendi utrasque historias, Tubingae 1700. p. 169. ita iudicat: „Voluminosum illud Cardin. opus in epitomen contraxit *Spondanus*, homo maledicus et convitiator egregius; qui tamen diligentiae suae meritas fortasse posset reportare laudes, nisi *Baronianis* nimis superstitiose insistens vestigiis, *Paparum omnipotentiam* astrueret, regum principumque maiestatem *imminueret*, et perniciosissimum *Hildebrandinae doctrinae* venenum lectoribus ebibendum, quasi aliud agens, propinaret." — V. Moreri dictionarium T. IV.

Staphylus, Fridericus, gener Hessi, pastoris Vratislaviensis (cf. Seckendorf. h. Luth. Lib. I. §. CLI), Osnabrugensis, n. 1512, patre usus, qui apud episcopum magister granarii fuit. Literarum causa Cracoviae versatus, cum episcopo Lubeccensi, Ioanne Haltfellero, in Italiam profectus est, atque Paduae scholas, in quibus Lombardi sententiae exponebantur, assidue obiit. Anno 1536 Vitebergam tendit, indeque, contracta cum Luthero familiaritate, a Melanchthone Borussiae duci commendabatur, ut ipsi lectoris in studiis sacris munus Regiomontii demandaretur. Hic vero primum cum Gnapheo, deinde cum Osiandro, qui hominem, qui iustificetur, non modo iustum declarari, verum etiam per Christum, cuius natura divina ei quasi infundatur, iustum fieri doceret, (v. Litium religiosarum post Luth. inter evangel. agitatarum brev. enarrat. adumbr. a M. Kargio. Lips. 1823) certavit et anno 1553 ad romanensium castra transiit. Variae huius transitus afferri solent causae. *Genebrardus* (episc. aquensis — † Semuri in Aeduis 1597. v. Fabr. I. p. 89) in Chronologia N. T. p. 1164 scribit Staphylum ad Pontificios ideo rediisse, quia eo praesente *B. Lutherus ab energumena ullis exorcismis daemonem non potuisset eiicere*. (Bocr.

diss. II. p. 21.) Christophorus Hartknochius in der preuſs. Kirchenhistorie lib. II. c. II. p. 342, qui et illorum sententiam, qui Staphylum nunquam doctrinae evangelicae addictum fuisse autumant, expendit p. 318, id ipsum fecisse dicit, *quod contentiones cum Osiandro non plane ex animi sententia sibi succedere videret* (v. Budd. isag. theol. p. 1209 b.). Ioachimus Camerarius causas mutationis, in vita Melanchthonis §. XL., inde repetit, quod in Prussia *tantam dignitatem tantasque opes non adipisceretur*, quantas illuc contendens spe sibi desponderat. Ut suam fidem romanae ecclesiae probaret Staphylus, edidit 1558 „epitomen theologiae Martini Lutheri trimembris", cui Melanchthon responsionem ad criminationes Staphyli etc. Viteb. 1558 opposuit. Inter alia respondet Melanchthon: „sentimus nostra vulnera et ea deploramus. Sed oratoris impudentiam miror, qui ita nobis aerumnas nostras exprobrat, quasi nulla sint scelera suae factionis. Multi morbi, multa vitia sunt in utraque parte, quae puniri agnoscamus, nosque ad emendationem exsuscitemus. Illud autem sciamus, de doctrina non ex aerumnis iudicandum esse, cum notum sit ecclesiam subiectam esse cruci." In defensione pro trimembri theol. Lutheri Staphylus inter alia ita locutus est: „Feci, quod Christianum hominem decebat, ut, quia animus a vestris dogmatibus iam abhorrescebat, corpore etiam, ut abessem longius a vobis, dedi id operae. — An hanc ob causam tibi sum transfuga, quia catholicam ecclesiam sim amplexus, synagogen detestatus vestram? Non sit tibi hoc mirum, Philippe, quia istam vestram non ecclesiam iudico esse, sed sentinam omnium haeresium, illam contra esse columnam *basinque* veritatis." — „Confiteor, alio loco inquit, catholicam fidem me amplexum adeo integre, ut si venulam in corpore meo ullam sentientem cum sectariis cognoscerem, excidi illam curarem." (v. Strobels Miscellen, 1. Samml. Nürnb. 1778. p. 1—66.). — Certum est Staphylum, postquam ad pontificios se transtulerat, consiliarium factum, Ferdinandum regem incitasse ad summam crudelitatem contra Lutheranos (cf. Lib. II. epp. Longueti secretar. p. 89), consiliaque ipsi dedisse ad instaurandam in terris Austriacis religionem romano-catholicam, quae leguntur in Schellhornii amoenit. hist. eccl. et lit., denique nobilitatum et 1559 summum sacrorum praesulem Ingolstadtii fuisse constitutum, fortasse in eum finem, ut Eckii vestigia premeret; quo quidem munere functus est ad annum 1564, quo naturae debitum reddidit. Fridericus Staphylus, filius nat. mai., a. 1613 patris edidit opera.

Steno, Nicol., n. 1638, medic. prof. in regia Hafniensi et scriptorum suae artis diversorum laudem non exiguam consecutus (ductus Stenonianus, Warthoniano oppositus, notus est), in Italia romanae ecclesiae civis factus, a pontifice episcopi Titiopolitani titulo ornatus, sedem in aula ducali Hannoverana nactus, mort. 1684 Osnabrugae. Hic proselyta non solum editis variis schedis permutationem pristinae reli-

gionis cum pontificia a se factam, atque aliis imitandam, ut legitimam ac necessariam propugnavit, verum etiam alios in societatem defectionis pertrahere coepit. Scripta eius, quae huc pertinent, sunt: „Ad virum eruditum, cum quo in unitate S. R. E. desideret aeternam amicitiam inire, epistola, detegens illorum artes, qui suum de interprete S. Scripturae errorem sanctorum patrum testimonio confirmare nituntur. A. 1675. Ad virum eruditum epistola, exponens methodum convincendi Acatholicum, iuxta D. Chrysostomum ex eiusdem homil. 33. in A. Ap. A. 1675. — Epistola de propria conversione a. 1677. etc." De sua conversione fatetur se aliquamdiu doctrinae Lutheranae serio addictum ac defensorem eius contra Pontificios acrem fuisse, sed animi a religione Lutherana alienati causas nominat, *a)* philosophiae Cartesianae studium; (Cartesius ipse fidem pontificiam publice et constanter professus est). *b)* reliquorum in Belgio ad scripturas suas provocantium (diversarum sectarum hominum) multiplicitatem atque dissidium (aliud est homines ad probandam certam doctrinam provocare ad Scr. S.; aliud est singulas illas doctrinas niti revera Scripturis sacris); *c)* modum multorum politicum (quod mores Lutheranorum minus religiosi ac sancti et humanos oculos aut iudicia potius quam Deum ipsum spectantes, [cuius indolis homines nonnunquam Politici appellantur] persuaserint ei, similem moribus illis esse doctrinam, i. e. perversam atque corruptam; et quod ex adverso ex sanctioribus Pontificiorum moribus doctrinam etiam pontificiam similiter puram ac sinceram sanctamque esse iudicaverit. Mirum profecto! *Stollberg* scripsit etiam ad comitem Sch. 1800: „Je fus touché de voir, que les catholiques répondent mieux, que ne font les protestants, par la pratique à la theorie morale de vertus, que l'evangile nous prescrit. Toutes les communions chretiennes admettent le code d'une morale aussi importante que simple. Mai ce n'est que chez les catholiques, que je vis des hommes fideles à cette morale." De Haller addit: Le monde est partagé entre des chrétiens unis au centre commun du siège de saint Pierre d'un côté, et les impies ou les liques antichrétiennes pe l'autre). Addit Steno his rationibus quae sequuntur. Argumenta autem, ait, quae me maxime urgebant tunc temporis, erant sequentia: „Exstitisse aliquando in ecclesia romana veram Christi ecclesiam extra controversiam est, nec infitiari licet habuisse maiores nostros, cum gentiles essent, a Romanis et doctrinam fidei et doctores, adeoque obedientiae et fidelitatis iuramentum pontifici romano praestitisse, *quo illos iuramento absque divina autoritate nemo solvere poterat.* Fatentur insuper omnes ad Lutheri usque tempora cum spe vitae aeternae mortuos, qui in ecclesia romana pie moriebantur. At subortis inde cum Luthero variis reformatoribus inter se pugnantibus, quaeritur, an in *ecclesia romana*, an vero in *quadam reformatorum ecclesia vera Christi ecclesia* reperienda? Sane ut omnes reformationes promiscue

admittendas nemo dixerit, quod Spiritus veritatis contrariarum ecclesiarum autor esse non possit, sic quaenam reliquis praeferenda sit, nemo invenit, cum nulli in ulla characteres exstent probantes potius unam quam alteram pro divina habendam, quod doctrinae puritatem *omnes iactent*, *omnes ad Scripturas S. provocent ecclesiamque suam omnes Apostolicam dicant*. Si a quolibet Scripturarum suarum autoritatem exigis ratione traditionis, nullos alios sibi porrigentes afferre possunt, quam quos ipsi damnant; si versionum varietatem legitimam probandam urges, nihil habent quod afferant, praeter autores reformationum; si quaeris, unde doctrinae catecheticae et sacramentorum praxis in qualibet ecclesia? licet omnes apostolica sua esse dicant, nemo tamen ullam, non dico ecclesiam, sed ne ullum quidem hominem nominare poterit, unde suae reformationis auctor illam sacramentorum praxin illamque doctrinam catecheticam acceperit, quae in ista societate pro apostolicis habentur: tandemque aliud nihil afferunt, *nisi illud* omnibus commune: scripturas lege, et nos veros agnosces, et sic omnia reducuntur ad hanc unicam quaestionem: Inter varias locorum indeterminatorum in Scriptura determinationes quaenam pro divina habenda, Lutherine an Calvini, alteriusve reformationum autoris, vel mea an vero illa, quam maiores nostri pro divina habuerunt ante Lutheri tempora, utpote tot S. patrum testimoniis, tot martyrum sanguine confirmatam idque in ecclesia, per quam Deus eosdem maiores nostros a Paganismo ad Evangelium convertit? — His omnibus excussis conclusi nullum e reformatoribus sequendum esse, cum eorum nemo divinam reformationis suae autoritatem afferre possit, *ad eam* vero ecclesiam redeundum esse, cui maiores nostri conversionem suam debent, a qua reliquae omnes ecclesiae exierunt, quae sola sese apostolicam probat, aliisque characteribus fulget Dei praesentiam supernaturalem arguentibus, in qua ego ecclesia iam tum illa sanctitatis argumenta viderem, quae in nulla aliarum ecclesiarum promittuntur, nedum reperiuntur." Sophismata haec profligata reperies in „dissert. theol., qua N. Stenonis, ex medico Luth. episcopi pontif. Titiopolitani, argumenta praecipua pro deserenda religione luth. evangel. et amplectenda pontificia in diversis schedis allata discutiuntur (praes. Baiero) ab Ottone a Bielefeldt. Ienae MDCLXXVIII.

Stier, I. Casp. Theoph., olim pastor Offenbacensis, scripsit: Triumphum veritatis, sive iustissimas aliquot rationes ac causas inst., propter quas placitis Lutheri relictis superatisque incommodis et obstaculis, eam fidem, quam sancta romana catholica atque apostolica tenet ecclesia, post accuratum longumque examen, ut Deo detur gloria, Cibinii anno 1749 24. Aug. in templo societatis Iesu libere, palam et sine ullo professus est timore — I. Stier. — De eius vita, variis sceleribus commaculata, conf. Act. h. eccl. T. 92. 1752. p. 408 etc.

Stollberg, Frid. Leop., comes de, n. 1750 in pago, qui nominatur Bramstädt, in comitatu Holsteinensi sito. Variis muneribus functus, tandem praeses regiminis Eutinensis factus, a. 1800 magistratu deposito Monasterii vitam degit ibique cum suis (Agnesia filia excepta) ad cath. castra transiit. Quae quidem confessionis mutatio inexspectata (nam se orthodoxum Lutheranum praestiterat in libello: Schreiben eines holsteinischen Kirchspielvogts über die neue [Adlerische] Kirchenagende, Hamburg 1798.), ex qua permagnam fecit iacturam (cf. Convers. Lex. Die nicht geringen Opfer, die er seinem Entschlufs bringen mufste, unter denen der Verlust vieler äufsern, für seine zahlreiche Familie sehr wichtigen Vortheile noch das geringste war, die Gefahr von seinen Freunden verkannt, getadelt zu werden, konnten ihn nicht davon abhalten u. s. w.), inde repetenda est, quod ipsi esset persuasissimum de veritate nulli obnoxia dubitationi in romana ecclesia invenienda (cf. Schroekh. KGesch., fortges. v. Tzschirner IX. B. p. 636. — Wenigstens erklärte er selbst das Unsichere und Schwankende des Protestantismus für die Hauptursache seines Uebertritts — Brief Stollbergs in den theol. Nachrichten v. J. 1801 Aug. p. 249 — 252. — und es läfst sich erklären, wie ein Mann von Stollbergs Sinnesart, welcher auf der einen Seite die Religion innig liebte, und auf der andern durch seine Erziehung mehr zu dem Glauben und zu der Frömmigkeit, als zu der Prüfung geleitet worden war, den Frieden, den er in seiner Kirche bei den widerstreitenden Meinungen ihrer Lehrer nicht fand, in einer andern Kirche suchte, welche sich einer fortwährenden Erleuchtung durch den göttlichen Geist rühmt und mit untrüglicher Gewifsheit über streitige Meinungen entscheiden zu können behauptet. — Muthmafsliche Bewegungsgründe des H. G. v. St. zum Ueberg. in d. röm. K. Leipz. 1801. Freimüthige Beleuchtung einer merkwürdigen Begebenheit unserer Tage. Leipz. 1801.) Magna profecto est librorum copia de hac re exaratorum, quos recensere longum est. Prae ceteris nominamus: Wie ward Fritz Stollberg ein Unfreier? beantwortet von J. Heinrich Vofs — v. Sophronizon III. H. 1819 pag. 1 — 113. (Nach Vofs trug dazu bei: *a)* Stollbergs Eigenthümlichkeit, nach welcher die Urtheilskraft untergeordnet dem Gefühl, beide dem Witz und der Phantasie [p. 5.]; *b)* der Unterricht in der Religion, der ihm ertheilt worden war [p. 6.]; *c)* eine Reise nach Rom, wo sich der Pomp des römischen Gottesdienstes ihm je länger je mehr durch die Phantasie ins Herz schmeichelte [p. 16.]; *d)* Adelstolz [p. 19.]; *e)* Einflüsterungen Münsterischer Freunde, der Fürsten Gallizin, Overbergs [p. 23.]; *f)* die Gestaltung der politischen Verhältnisse [p. 31.]; *g)* Scheu einer Prüfung des evangel. Glaubens; [p. 34.] u. s. w.) Der Protestantismus und Catholicismus, oder: Der Kampf über Vofs und Stollberg in Westphalen. Eine Reihe von Streitschriften für und wider gesammelt von H. Schulz. Hamm.; Briefwech-

sel zwischen Asmus und seinem Vetter bei Gelegenheit des Buchs Sophronizon etc. Essen; Ueber den Angriff des Herrn J. H. Voſs auf den Gr. L. v. Stollberg in der Jahresschrift für Theologie und Kirchenrecht der Catholiken B. V. H. 1.; Beurtheilung der Voſs'schen Schrift: aus dem VI. St. des Hermes besonders abgedr. Leipz. Brockhaus; Voſs und Stollberg oder der Kampf des Zeitalters zwischen Licht und Verdunkelung. In Gesprächen herausgeg. v. C. F. A. Schott, Stuttgardt; u. v. and. V. Jahrbüchlein d. theol. Literatur V. B. 1825. p. 68. — Scheibler N. Versuch etc. p. 99—107. — Obiit 1819, v. Probst. l. l. p. 7—14. Ueber die Todesursache des Gr. v. Stollberg v. Druffel Münster; Fr. Leop. Gr. z. St. kurze Abfertigung der langen Schmähschrift des Voſs wider ihn. Nach dem Tode des Verf. vollend. v. d. Bruder herausgegeben. Nebst einem Vorworte des Hrn. Pfarrdechanten Kellermann in Münster, Hamburg. Ueber „die Geschichte der Religion Jesu von Stollberg" s. Sophronizon III. H. p. 131—185. — Kunhardt, Anti-Stollberg. Leipz. 1808.

Swammerdamus, quem Morhofius virum in indaganda omnium insectorum natura admirabilem maximis laudibus cumulat (v. Polyh. T. II. l. II. P. II. p. 471.), e grege Quackerorum, Amstelodamo relicto, Pisas abiit ad amicissimum Stenonem suum, ut una cum isto papicola fieret. Cf. Schellh. am. lit. T. IX. p. 576. Weismannus in hist. eccles. P. II. p. 744.

Tauber; de hoc v. Allg. Kirchenz. 1824. (Am 20. Dec. 1823 trat in Frankfurt a/M. ein evangelischer Privatlehrer T. zur cath. Kirche über. Da ihm, als einem Ausländer, die Aussicht, eine fixe Anstellung an einer Stadtschule in Frankfurt zu erhalten, benommen wurde, will er sich nun, unterstützt von vornehmen Catholiken, zum cathol. Geistlichen bilden).

De *Turennii* apostasia, per Bossuetum facta, cf. Buddei isag. p. 1258.

Tilt, John, (v. Der Catholik. Januarheft 1825. Beil. S. XI. protestantischer Prediger an der Allerheiligen-Kirche in London, ist mit seiner Gattin zur cathol. Kirche übergetreten).

Vondelius, Iustus, in Belgio clarus poeta, in religione fuit Chamaeleonte mutabilior. Quum enim nativitate esset Anabaptista, in Arminianorum deinde castra transiit, annisque iam in senium vergentibus in romanae ecclesiae sinum se recepit. Eius in religione inconstantia notatur in Schellhornii amoenit. lit. T. IX. p. 575. Vondel avait toujours beaucoup de ferveur pour la religion, qui étoit en vogue chez lui; il étoit fort ignorant en matiere de religion et par consequent fort passionné.

Walenburch, de, Adrianus et Petrus fratres, Roterodamo-Batavi, reformatae ecclesiae, in qua educati fuerant, desertores; quorum ille deinceps episcopus Adrianopolitanus et suffraganeus electoris Moguntini († 1669), hic autem episcopus Mysiensis et suffraganeus Coloniensis

factus est († 1675). Vid. Buddei isagoge p. 1276 b. Methodorum (haereticos convertendi i. e. decipiendi) magistris, quorum praecipui nominantur Renatus Benedictus, Conterius, Ant. Faber, Du Perron, Pighius, Veronius, Valerianus Magnus, Nihusius, Richelius, Marcelius, Reddius Masenius, Nicolius Bossuetus, Papinus, Hackius, alii (conf. Walchii bibl. theol. II. p. 309—336), accensendi sunt. Veronii imprimis vestigia prementes, methodum Augustinianam proposuere, cuius summa haec est: Romanensibus hoc solum agendum, ut se defendant, cum ii accusati sint, protestantes autem ut accusatores spectandos, cumque etiam in diuturna doctrinae suae possessione versentur, adeoque iure tituloque praescriptionis se tueri queant; probationis porro onus unice in protestantes esse devolvendum, utpote qui accusatores sint, quorum semper sit ea, quae reo vel accusato obiiciant, probare; probationem denique ex sola scriptura sacra sine consequentiarum usu instituendam esse. Cf. Buddei isag. l. supra l. — Walchii bibl. II. p. 316. Bocris. diss. laud. II. p. 22.

Walenburchios fratres plurimum eo contulisse, ut princeps Rheinfeldensis, Ernestus, ad romanam ecclesiam transiret, cuius „motiva conversionis ad fidem catholicam" stilo Adriani et Petri de Walenburch latius deducta prodiere Coloniae 1652. 4., narrat Buddeus p. 1278 b.

Wansleb, I. Mich., Erfurtensis. De hoc viro addere placet, quae reperi in libro saep. laud. Unschuld. Nachr. 1714 p. 480. „Er war eines Predigers Sohn, wurde vom Herzog Ernst auf seine Kosten nach Abyssinien geschickt, sich des Zustandes der dasigen Religion zu erkundigen. Er kam nur bis nach Aegypten und ging, als er mit seinem Geld nicht gut hausgehalten hatte, nach seiner Rückkehr nach Europa, a. 1666 zu Rom zu den Dominicanern über." Siehe auch Catalogus codicum manuscript. bibl. Goth. auct. Ernest. Sal. Cypriano 1714. p. 64 sqq.

Werner, Frid. Ludov. Zacharias, (n. 1768) studiis in academia Regiomontana absolutis, Varsoviae scriba in curia redituum factus, varias deinde vicissitudines expertus, obiit 1823 Viennae. De hoc viro eiusque scriptis conferas: Wachler Liter. G. Th. III, p. 803. Gelehrten- und Schriftsteller-Lexicon der deutsch. cathol. Geistlichkeit (angef. v. Franz Carl *Felder*, fortges. von *Weitzenegger*), 3 Bde. Landshut 1817—22. 3. B. *Deegen* Jahrbüchlein 3. B. p. 210. Werners letzte Lebenstage und Testament, Wien 1823. 8. Werners Lebensabrifs von einem seiner vertrautesten Freunde, Berlin 1823. 8. Ex hoc libro liceat pauca, quae ad rem pertinere videntur, vernacula lingua transscribere. „Von hier aus (Warschau) besuchte er oft die Camaldulenser-Abtei Bielany, strebte, in seinen Söhnen des Thals den Catholicismus zu idealisiren, den er (p. 37) für das gröfste Meisterwerk menschlicher Erfindungskraft hielt und, auf die Urform zurückgeführt, allen übrigen christlichen und unchristlichen Religionsformen

für ein Zeitalter, welches den Sinn für die schöne Griechheit verloren hat, vorzog. Er wünscht (p. 38), dafs allen europäischen Kunstgenius allmälig der Teufel hole, wenn wir nicht zu dem geläuterten Catholicismus zurückkehren, von dem wir ausgegangen. — Nachdem er eine Zeitlang herumgepilgert war, und 1809 eine Pension vom Fürst Primas v. Dalberg erhalten, ging er nach Rom, kehrte am 19. April 1811 zum catholischen Glauben zurück; zeigte in der *Weihe der Unkraft* (iam antea dramate vulgatissimo: die Weihe der Kraft, Lutherum in scenam protrahere haud dubitavit, de qua re — num res sacrae in theatrum sint protrahendae? — et Draesecke, Ueber die Darstellung des Heiligen auf der Bühne. Bremen 1815. et Grohmann sub eodem titulo, Hamburg 1816. in utramque partem disputaverunt) dem deutschen Vaterlande seinen Religionswechsel selbst an:

nicht, weil mich (was mit Danken ich ewig werd' gedenken!),
nicht, weil mich in die Schranken das Kreuz trieb, dafs ich senken
zu Rom den stolzen Nacken mufst, und, in den Staub gedrückt,
zum Glauben unsrer Väter ward durch die Gnad' entrückt etc.,

studirte zu Rom Theologie unter Leitung des Abb. Don Petro Ostini, verliefs dasselbe am 22. Juli 1813, kam 1814 ins Seminarium zu Aschaffenburg, machte sich mit dem Ritual des catholischen Kirchendienstes bekannt und wurde im 46. Jahre seines Lebens zum Priester geweiht. Von nun an lebte er gröfstentheils zu Wien und starb 1823." Der Verfasser seiner Lebensbeschreibung erklärt seinen Uebertritt aus *seinem* Bestreben practisch zu wirken und zwar im Gebiete religiöser Erhebung seiner Mitmenschen. Vergl. p. 111 und 119. — Memoratu dignum est eius de Protestantismo iudicium: Wenn mir Gott sein Gnadenlicht jemals so entzöge, dafs ich aufhörte, Catholik zu sein, so könnte ich tausendmal eher zum Judenthum oder zu den Braminen am Ganges, aber nie, nie, nie zu der *schalsten*, *seichtesten*, *widersprechendsten*, *nichtigsten* Nichtigkeit des Protestantism übergehen. (In Mödling ist auf seine Veranlassung 1821 ein vom Zahn der Zeit zernagtes Crucifix ausgebessert und mit folgender Inschrift versehen worden: Wer bei diesem Kreuze 5 V. U. und 5 Av. Mar. betet, der erhält auf 10,000 Jahre vollkommnen Ablafs!! — In seinem Testament vermachte er der Wallfahrtskirche zu Mariazell eine goldne Schreibfeder mit einem Diamanten besetzt, mit der Bezeichnung, das sei das Instrument, womit er am meisten gesündigt und gebüfst habe).

Wicelius, Georgius (Wiesel, Mustela), nat. 1501 Vachae, varia expertus fata (cf. Von der christlichen Kyrchen, wider Jodocum Koch, der sich nennet Justum Jonam. Durch Georgium Wicelium. MDXXXIV. — Hier erzählt er von sich, „dafs er von redlichen Eltern geboren, die ihn bis ins 13. Jahr zur Schul und Kirchen gehalten. In demselben ist er auf fremde Schulen in den umliegenden Landen gewandert,

in grofsem Hunger und Frost, in Diensten fremder Leute und Schulgehorsam bis ins 17. Jahr; darnach etliche Wochen Schulmeister eines Convents und zwei ganze Jahre in Erfurt in Collegio gewesen etc. S. auch Neues Magazin für Prediger von D. W. A. Teller, II. B. II. St. p. 16. Züllichau 1793.), anno 1521 Vitebergam venit atque in cognoscendis religionis atque ecclesiae decretis fatisque Melanchthonem et Lutherum habuit praeceptores. Paulo post pastor Lupnitzensis et deinceps factus est Niemeccae, quod oppidum haud procul Viteberga. Arianismi ob familiaritatem cum Campano contractam suspectus, Electoris iussu in custodiam quidem datus sed mox dimissus est, postquam iuraverat se ex Saxonia emigraturum esse. Coepit deinde Fuldae, Moguntiae et Islebiae Lutheranorum dogmata et mores impugnare. (Vid. Comment. de Lutheran. auct. Seckendorfio l. III. sect. 7. §. 24. p. 65.). Utrum haec fata in causis fuerint, ut a Lutheri partibus ad romanas recederet et bonorum operum studium a nostris frigidius iusto urgeri (v. Seckend. l. l.) et sine schismate religionem atque ecclesiae οἰκονομίαν ad auream illam priscam faciem reduci posse contenderet, nec ne, non liquet, sed est verisimile.

In apologia nimirum a. 1533 edita (Ein Vertedigsrede Georgii Wicelii widder seine Affterreder die Luteristen mit sampt kurzer abconterfeyung Luterischer secten und preis alter Römischen Kirchen, nutzlich zu lesen. Leipz.) non negat Luthero causas fuisse disputandi et contradicendi, sed peccatum in eo fuisse — v. Seckendorf. lib. I. sect. 54. §. 133. p. 231. — quod schisma fecerit, putatque satis consuluisse conscientiae qui errores arguerint et non auditi quieverint. Verba eius germanica haec sunt: „Der fromme Taulerus, desgleichen Tuicensis, item Gerson, Valla, Picus, Wesselus, Petrus de Alliaco Card. etc. sahen auch, dafs nicht gar wohl um die Kirche stund, traten sie drum aus und machten neue Kirchen? Nein, sondern sie schreieten darwider, dafs ihnen der Hals kracht, verschoneten nichts, erhuben ihre Stimme wie eine Posaun, und verkündigten den Christen ihre Sünde, damit sie ihre Seele retten. Erasmus, das edle Berlen, sahe dieser Zeit am ersten beyde der Schulen und Kirchen fehle, hat aber drum noch kein eigens gemacht, auch in keines verwilligt. Weh gnug thut es ihm und allen Gottliebhabenden, dafs solcher erbärmlich Unfall ist und so lang währen soll; er schweigt und er berget es auch nicht, noch bleibt er in der Kirchen *Einigkeit* unangesehen, wie er darum von beiden seiten verfolget wird. Also that auch Reichlinus, Mutianus, Longolius, Mosellanus, und der vielmehr, so da neulich verstorben. Stapulensis, Rhenanus, Cornelius, Crotus, Campensis Egranus und der unzehlig, durch alle Lande, ja viel frommer Gelehrter Bischoff, Doctores und Prediger hin und wieder, haben auch einen Mifsfall an der Ungestalt der Kirchen, aber sie scheiden sich darum nicht von ihr. Sie ist gleichwol unsere geistliche Mutter, ob sie schon etliche Mackel ohn ihren

Willen empfangen hat, vielleicht ist diese Sect drum von Gottes Zulassung eingerissen, auf dafs die Kirche als durch Ursach derselbigen desto eher zu ihrer selbst-Erkänntnifs, *Reformirung* und Besserung käme. Darum aber ist diese Secte nicht gerechtfertigt." Quodsi cum hisce dictis conferas, quae ex Wicelii epist. lib. IV. Lips. 1537. Fabricius T. VI. p. 99. narrat („Vis scire qualem desiderem ecclesiam? Unam Iesu Christi, quae et vetustior et apostolica est. Quin ad veterem illam unam, veram, h. e. apostolicam redeundum erat orbi. Omnium vetustissima Hierosolymitana est, ex qua (ait Irenaeus) habuit omnis ecclesia initium. Romana (eadem Christi) ecclesia a scriptoribus vetustissimis in immensum laudatur. Haec viguit usque ad Constantini tempora, post quae sensim degeneravit, episcopis mundo deditis. Vetus romana matrix et originale est; ad hanc igitur revertamur etc."), facile patebit eo factum esse, ut recederet a Lutheri partibus, quod notionem „unius ecclesiae" firmiter teneret. Tandem Ferdinandi Romanorum imperatoris consiliarius factus, ad mortem usque († 1573 Moguntiae) nil prius habuit quam ut diversas rursus partes conciliaret. Vid. Via regia „Collectioni Scriptt. var. de necessitate Reformationis", a Conringio editae, inserta, cuius titulus est: Compendium de *semitis* antiquis apud Hieremiam ecclesiae reformandae aut restituendae potius et concordiae tandem sarciendae proque salute Christi Evangelio recte credentium populorum necessario ac summa cum fide praemonstratum. Auctore Georgio Wicelio, Sacr. Th. D. Cath. etc. A. Ch. 1564. — Ceterum optime de interpretatione S. S. meruit, cuius rei vel *testis* est liber sub titulo: Annotationes in Sacras literas. Gar kurze Verzeichnifs in die heilige Bibel, des alten Testaments, dadurch die Deutsche Dollmedschung dieser Zeyt eines Theils castigirt, und eine grofse Menge der tunkeln Orte derselbigen Hochheyligen Schrifft erklärt *wird*, Alle denjenigen, die in der Bibel zu studiren Lust haben, *allewege* nutzbar und heylsam. Durch Georgium Wicelium den Eltern. 1. Petr. II. Cap. Illud prius noveritis, quod omnis Scriptura Prophetica non sit privatae interpretationis. Meynz. Drucks Franz Behem, in kosten des Ehrnhaften Johann Quentels zu Cölln Erben. Anno Dom. MDLVII. Fol. 242 Bl. vid. Teller l. s. l. — Praeterea de Wicelio conferri possunt: Arnolds KGesch. p. 548. — Wolf Lect. Mem. Cent. V. Mohnike Geschichte der sogen. prof. fidei Trid. p. 216. — Strobels Beiträge zur Literatur, besonders des 16. Jahrhunderts. B. 2. Vitam huius viri atque accuratum eius scriptorum indicem ante aliquot annos memini me legere in libro: Archiv für KGeschichte, herausgeg. v. Stäudlin u. a., sed volumen non annotavi.

Winkelmann, Ioachim, n. 1717 Stendalii, in schola patria et deinde Berolini bonis literis institutus, ad Academiam Hallensem 1738 se contulit, ut theologiae scientiam hauriret. A. 1743 munus Conrectoris in schola Seehusana in ipsum collatum est, quo annis aliquot non si-

ne laude fungebatur. Qua vero provincia sponte relicta, in pago, cui nomen est Nöthenix, prope Dresdam sito, comiti de Bünau fuit a bibliotheca scriba. Atque hic factum est, ut, rerum angustiis pressus, artis antiquae amore agitatus, Romam frequentandi cupidus, consuetudine Catholicorum usus, insusurrationibus nonnullorum imprimisque nuntii Archinti promissis cederet et a. 1754 ad romanam ecclesiam accederet. Voti compos factus, Italiam profectus, nunc Romae nunc Neapoli versatus, scriptis variis, subacti ingenii, doctrinae exquisitae monumentis, de rebus ad antiquitatem spectantibus optime meruit, ad annum usque 1768; quo ab Italo, qui vocatur Francesco Arcangeli, quinque ictibus letaliter vulneratus, Tergestae obiit. Conferri possunt de hoc viro haec scripta: Ueber Winkelmanns Religionsveränderung, in den Beiträgen zur Geschichte der Proselytenmacherei von D. S. Weda. Neustadt a. d. Orla 1827. p. 224—232. Berliner Monatsschrift Bd. XII. p. 56—68. — In seinen von Rom aus an seinen Freund Hieronymus Dietrich Berendis geschriebenen Briefen sind seine eigenen Aeusserungen über seine Religionsveränderung merkwürdig, *„die er blos als ein Mittel zur Erreichung seines Zwecks betrachtet."* — Winkelmann und sein Jahrhundert. In Briefen und Aufsätzen herausgeg. v. Göthe. 1805. Tübingen bei Cotta. „In den Skizzen zu einer Schilderung Winkelmanns wird seine seltne Individualität mit Meisterhand gezeichnet, in allen Verhältnissen des Lebens als ursprünglich antike Natur nachgewiesen, und daraus die Folgerung gezogen, dafs die ihm inwohnende ächt heidnische Sinnesart ihm den Entschlufs, Catholik zu werden, sehr erleichtert habe, da ihn als einen gründlich gebornen Heiden die protestantische Taufe zum Christen einzuweihen nicht vermögend gewesen wäre." S. Jen. Literaturztg. 1805.

Ysserstädt, Christian.; cf. Walch. bibl. II. 745 et 146. In libro: A. u. N. th. Sachen. 1725. p. 630 legitur: „Er war Prediger zu Ilversgehofen bei Erfurt, ward 1724 catholisch. Er giebt vor, durch die Lesung des Buchs: Hildebrandi de offertorio (die Liebe zu den Verstorbenen, die durch das Gebet geschieht bei der Messe), zu dieser Veränderung veranlafst und durch „Fabricii Consideratio Controversiarum" in seinem Vorsatz gestärkt worden zu sein." — Im „Sendschreiben, betreffend M. Chr. Yss. Uebertritt, Gotha 1724", dagegen heifst es: er habe sein Amt schlecht verwaltet, sei deshalb removirt worden und habe nun aus Rache diesen Schritt gethan und zugleich aus Ehrgeiz, um höher zu steigen; denn dieser sei vitium dominans gewesen.

Virorum, Efslinger, Knorr, Pöllnitz, Raesewitz, Schenk, Schlegel, Schnanbert, eorumque, quorum mentio fit in ephemeridibus, quibus titulus inscriptus est: Der canonische Wächter, n. 68. 1831., vitas alio loco exponam.

---

§. 15.

Opprobria, quae a transfugis ecclesiae nostrae obiici solent, recensentur atque refutantur.

Recrudescere vero solent, quod iam notatum est a Buddeo [1]), cum Pontificiis certamina, quoties viri quidam aut dignitate aut doctrina praestantes a nostris ad illorum castra transeunt; atque scriptis polemicis cum suppeditata est, tum etiamnum suppeditatur opportunitas. Quum enim non sine gravissimis rationibus hoc fecisse videri velint, sed mutationis suae praetextum quaerant, emissis plerumque in lucem libellis, conviciis nostram ecclesiam proscindunt, romanam laudibus extollunt. Quid enim aliud exspectes ab apostata quam ut pro viribus lacessendo, quam reliquit, ecclesiam, illis, ad quos defecit, studium suum approbet? Quare opprobria, iam dudum retusa, novis expressa verbis, ante oculos nobis proponere solent.

Ne reformatio divinum censeatur opus, invenisse perhibent causas, ex quibus colligi posse asserunt rem neque divinis auspiciis susceptam, neque pie iusteque fuisse administratam [2]). Saeculum ipsum, quo Lutherus vixit, cum ob spis-

---

1) Buddeus isagog. p. 1092.

2) Ueber Protestantism. u. Catholicism. von Probst. Speier 1821. p. 34.: „Jeder Billigdenkende wird zugeben, daſs ein Mann, der das gröſste Heiligthum, das Depositum sacrum der Menschheit, die Religion, die Christus nach dem theocratischen Plane Jehovas auf Erden stiftete, von gewissen Schlacken reinigen will, nicht nur bestimmt wissen muſs, was er will, und was Bedürfniſs ist, sondern auch von einem heiligen Eifer beseelt, dabei demüthig und bescheiden, und nicht hitzig und leidenschaftlich sein muſs. — Nach dieser (p. 35.) Voraussetzung ergibt es sich aus dem Character und dem Betragen Luthers, daſs er nichts weniger als zum Director des groſsen Reformationswerks geeignet war. — (p. 52.) Aus dem bisher Gesagten ergibt sich, daſs die ersten Arbeiter an demselben, Zwingli, Luther, Calvin, sich nicht als Apostel, als *Gottesgesandte* etc. bewiesen, sondern (p. 53.) als leidenschaftliche, heftige, stürmische, sich oft widersprechende, zanksüchtige Männer — und *daſs überhaupt die Geschichte der Entstehung und Ausbreitung des so hoch gepriesenen Licht und Wahrheit*

sam rerum humanarum divinarumque ignorantiam, tum ob aulae romanae arrogantiam novarum rerum studiosis fuisse opportunum dicunt. Lutherum non pietate erga Deum, non veritatis amore, non divina animi fortitudine, sed temeraria inclarescendi libidine, sed invidia, ob indulgentiarum nundinationes excita, sed mulierositate monacho nefanda actum opus esse aggressum. Rerum publicarum rectores [3]) atque moderatores, qui doctrinae ab eo traditae faverent, non religionis instaurandae flagrasse desiderio, sed opes ecclesiasticas invadendi sibique arripiendi cupiditate; populos, ut suo indulgerent genio. Neque profecto mirum videri posse, quod res turpis inceptu turpiorem etiam exitum habuerit. Nam seditionem rusticorum, concilii tridentini decreta, bellum quod per triginta annos vastarit patriam, Hugonottarum necem, lapsum imperii germanici divisique impotentiam exterorum resistendi armis non deberi nisi reformationi. Praeterea omnibus modis id enituntur, ut in animos principum sese insinuando Protestantismum omnium seditionum [4]) uberrimum demonstrent fontem atque

---

verbreitenden Reformationswerkes viele Schlacken an sich trägt, daſs schon aus diesem Grunde der redliche Forscher zweifelhaft wird, ob es denn ein Werk Gottes und nicht eher ein Werk des Menschen, zum Theil auch ein Werk weibersüchtiger und unbändiger Pfaffen, anarchischer Klugheit oder der Geld- und Gewinnsucht ist." Non heri demum aut nudius tertius hominibus sectae pontificiae in mentem venit Lutheri personam vilem facere, et divinae providentiae vestigia, quae, quum Lutherus religionem repurgaret, observari possunt, negligere. Cf. in libro, cui titulus est: „*Lutherus Apocalypticus*" a Ch. A. Heumanno scr. Hannoverae 1717. disputatio de viis providentiae, veram religionem Lutheri ministerio in lucem revocantis ac tuentis p. 27. et dissertatio de Lutheri vocatione divina p. 116. — Kraft dissert. hist. eccl. de Luthero contra indulgentiarum nundinationes haudquaquam per invidiam disputante. Gotting. 1749. — Moeller in defenso Luthero et defensione defensi Lutheri.

3) Largiamur; at principes ecclesiae catholicae nostris diebus, quum bona ecclesiastica usui addicerent profano, eandem cupiditatem declarasse seque avaritiae multo gravioris praestitisse reos, nemo, arbitror, est, qui ignorat.

4) Krugs Apologie der protest. Kirche gegen H. v. Haller. Leipz.

aureum polliceantur sub almae matris ecclesiae regimine saeculum. Haec aliaque opprobria, inde a tempore Cochlaei, Emseri, Eckii, Fabri, Maimburgi, immo Bossueti, ad nauseam usque tractata, repetunt transfugae (v. c. Haller, Probst), ut homines imperitos decipiant suamque agendi rationem defendant. Quae quidem merae calumniae — et nihil est tam pravi animi, quam calumniando suam defendere rem, — tamen pernoxiae esse possunt, secundum illud apud Suetonium: „calumniare audacter, semper aliquid haeret." Quam ob causam, ut huiuscemodi calumniis obicem ponerent, e nostris scripsere Viri doctissimi [5]), sed argumenta prolata silentio praetereunt Romanenses, maluntque ἀεροβατεῖν, quam nostris vel hilum cedere. Nolo quidem adversariorum sententias fusius refutando bonas implere chartas, sed, quae meminisse attineat, brevissime exponam. Atque res a nostris egregie est defensa [6]). A pia rerum divinarum meditatione incepisse reformationem demonstrant. Plebem iam ante reformationem ob onera tributorum exacerbatam speciosum deinde ex denegata sibi doctrinae evangelicae praedicatione arripuisse praetextum, Lutherum vero igni restinguendo omnem dedisse operam, docent. Principes causae Lutheranorum patrocinati, veritatis amantissimi praedicantur. Hugonottarum certamen necessitate coactum fuisse affirmant. Belli vero per triginta annos Germaniam deva-

---

1821. p. 22.: „Sollen wir nun noch erwähnen, was sich von selbst versteht, dafs der Verfasser auch über die Kirchenverbesserung im 16. Jahrhundert und deren Urheber seine giftige Tinte hat ausfliefsen lassen? Darum nennt er die Reformation eine Revolution, welche in ihrem Anfange oder Grundsatze (Principe), ihren Mitteln und ihren Ergebnissen das *vollkommene Ebenbild und der Vorläufer der bürgerlichen Umwälzungen unserer Tage war.*"

5) Viri doctissimi: *Tzschirner*, *Krug*, *Röhr*, *Pahl*, *Stöter*, *Paulus*, *Zimmermann*, *Planck*, *Tittmann*, alii, qui ecclesiae nostrae ornamento sunt atque decori.

6) V. de gravissimis fidei nostrae evangelicae capitibus adversus ecclesiam catholicam caute defendendis; dissert. auct. L. Lange. Ienae typis Schreiberi. 1824.

stantis ignes ab Iesuitis [7]) esse inflatos ostendunt. Protestantismum, qui dicitur, optimum esse regnorum fundamentum cum Friderico Magno [8]) loquuntur, sed summam crudelitatem in reges usurpasse, regna ex arbitrio in hunc illum transtulisse, cives obedientiae atque iurisiurandi vinculis exemisse, filii in patrem odium excitasse, ob lanienam nefandam Deum laudasse

---

7) Quantum contulerint ad bellum XXX a. Iesuitae, quibus educatio Ferdinandi II. concessa erat, Lamormaenus, Cambegius, Farnesius, Possevinus, Reginaldus Polus, Contarenus, Ferrara, Turnerius, qui legere cupit, evolv. libr. „Pütter, Entwickelung der teutsch. Reichsv." II Th. — Memini me legere in historia Bavariae a Zschockio conscripta: „Aber die Reformation hat den 30jährigen Krieg veranlaſst? Nein, Oestreichs Begierde, die Kaisergewalt an das Haus Habsburg als Erbthum zu bringen. Denn dazu schien keine Zeit günstiger. Die Stärke des Vereins von Ahausen schien keinem furchtbar. Sachsen und Brandenburg haderten wegen jülichscher, die Häuser von Hessen in sich selber wegen marburgischer Erbschaften; der Streit zwischen Luthers und Calvins Bekenner wuchs; die Einmischung fremder Mächte war nicht zu fürchten, da Elisabeth einen blöden Nachfolger hinterlassen hatte; Frankreich trug bürgerliche Unruhen und mit den Türken war neuer Waffenstillstand gemacht und Ferdinand wurde durch Jesuiten gebildet."

8) Mémoires pour servir à l'histoire de Brandebourg p. 80. edit. 1758. „En regardant la religion simplement du coté de la politique, il parait que la protestante est la plus convenable aux republiques et aux monarchies. Elle s'accorde le mieux avec cet esprit de liberté qui fait l'essence des premières. Car dans un état, où il faut des négocians, des laboureurs, des artisans, des soldats, des sujets en un mót, il est súr que des citoyens, qui font voeu de laisser périr l'espèce humaine, deviennent pernicieux. Dans les monarchies la religion protestante, qui ne relève de personne, est entièrement soumise au gouvernement, au lieu que la catholique établit un état spirituel tout pouissant, sécond en complots et en artifices, dans l'état temporel du prince; que les prêtres, qui dirigent les consciences et qui n'ont de superieur que le pape, sont plus maitres des peuples que le souverain qui gouverne; et que par une adresse à confondre les intérèts de dieu avec l'ambition des hommes, le pape s'est vou souvent en opposition avec des souverains sur des sujets qui n'étaient aucunement du ressort de l'église." — Quae Montesquieus (in libro: esprit des Lois lib. XXIV c. 5. p. 239.) monnit, Protestantismum non favere regali civitatis generi, refutavit Ern. A. Frommann in disputatione, qua religionem Prote-

papas, papas dico, historiae, veritatis magistrae, credunt [9]). Praeterea statuunt imperii germanici discidium minus esse malum, quam tyrannidem in animos atque conscientias; atque, etiam si quaedam mala e rebus bene gestis hominum perversi-

---

stantium regali civitatis generi non minus quam reipublicae liberae accommodatam esse defenditur, inserta eius Opusc. phil. et histor. argumenti p. 570. Coburgi 1770. 8. Commemorare hoc loco iuvat mandatum, quod a. 1805 Pius VI. nuntio dedit, quodque typis exscriptum est in Ephemerid. lit. Halens. Iun. 1831. — Cf. infra not. 9.

9) V. Die catholische Kirche Schlesiens, dargestellt von einem catholischen Geistlichen. Altenburg 1826. „Hier ist nachgewiesen, dafs 18 Päpste die Entthronung weltlicher Fürsten versuchten und 17 Königen und Kaisern wollten sie die Kronen rauben." (Die Bullen Clerici Laicis und Unam sanctam ecclesiam waren bei Verlust der Seligkeit zu glauben befohlen und darin ausgesprochen, dafs jedes menschliche Geschöpf dem Pabste unterthänig sei. Die Glosse zu c. 6. d. X. de maiorit. schliefst, dafs die päbstliche Würde 47mal gröfser sei als die kaiserliche). — Iam saeculo nono (876) *Ioannes* episcopos romanos adversus Ludovicum Germanum his verbis excitavit: „Quid est, quaeso, quod Christi vice in ecclesia fungimur, si pro Christo *contra principum insolentiam* non luctamur? praesertim cum secundum Apostolum non sit nobis colluctatio cum carne et sanguine, sed *adversus principes et potestates?*" cf. Labbei Concil. Tom. IX. p. 224. — Antiromanus, oder die Kirchengeschichte, eine Warnungstafel für Fürsten und Völker vor Begünstigung des römischen Catholicismus, nachdenkenden Catholiken und Protestanten gewidmet von Chr. Sincerus. Leipz. 1823. — Meminisse iuvat Pium adhuc VI. a. 1805 *Nuntio* suo hanc dedisse instructionem: „è regola del diritto canonico nel cap. absolutos (16.) X. de haeret. che sudditi di un principe manifestamente eretici rimangono assoluti da qualunque omaggio, fideltà ed ossequio medesimo. — Se non che siamo ora pur troppo giunti in tempi così calamitosi e di tanta umiliazione per la sposa di Gesu Cristo che siccome a lei non è possibile usare, così neppure è spediente ricordare queste sue santissime massime di giusto rigore contro inemici e i rebelli della fede. Ma se non può esercitare il *suo diritto* di *deporre da loro principati* e di dicchiarare decaduto da loro benigli eretici etc. Cf. Ephem. liter. Hal. Iun. 1831. — Quomodo quadrat iusiurandum episcoporum, a Gregorio VII. excogitatum et a Gregorio IX. libro Decret. insertum: „ego N. electus ab hac hora, ut antea, fidelis et obediens ero B. Petro, — Haereticos, Schismaticos et Rebelles pro *posse* persequar et impugnabo", cum iureiurando civitati praestando? Cf. Allgem. Kirchenztg. 1832. Februarheft.

tate sint exortes, non obliviscendum esse, ut eventa rerum gestarum regat, nemini mortalium esse permissum. Denique addunt permagna ex reformatione commoda percepisse ecclesiam romano-catholicam. Sed horum nunc, ne quid nostrae tractationi desit, ita est habenda ratio, ut de singulis videamus.

§. 18.

Demonstratur magna ex nostra ecclesia percepisse commoda romanam ecclesiam.

Egregie iam a viris doctissimis alienisque a partium studio expositum est, qui fructus uberrimi ex reformatione in principes atque civitates redundaverint; quomodo humani ingenii vires, diutino otio languidae, sint refectae; quomodo licentia episcoporum coercita, novus literarum amor excitatus, atque qua ex parte reformatio fons sit dicenda, ex quo et negotiationis et publicae et domesticae industriae novus profluxerit vigor [1]). De commodis quoque, quae ex nostra perceperit *catholica*, iam actum est ita, ut huic negotio facile possimus supersedere; sed idcirco paucis de his dicendum videtur, ut, quam sint iniusta quae proferuntur contra nos opprobria, iis appareat, qui sine ira et studio versari cupiant, utque recte

1) *Heeren*, Entwickelung der politischen Folgen der Reformation für Europa, in dess. kl. Schriften (Götting. 1808. 8.). — Eckermann, Erinnerungen an den unvergleichlichen Werth der Reformation Luthers. Altona 1817. 8. — G. E. Petri, Versuch e. Skizze über die Folgen der Reformation; im Reformationsalmanach v. J. 1817. S. 145 sqq. — Versuch über den Geist und den Einfluſs der Reformation Luthers. Gekrönte Preisschr. v. C. Villers. Nach d. 2ten Ausg. a. d. Franz. übersetzt v. Cramer. Mit einer Vorrede etc. v. D. H. Ph. C. Henke. 2te Aufl. Hamb. 1828. — Hibernus quidam, cui nomen est *Cullen*, membrum congregationis de propaganda fide, a. 1827. hoc proposuit: „Est falsa Villersii sententia, qua statuitur progressus, quos proxime elapsis saeculis scientiae et literae humaniores in Europa habuerint, Lutheri, quam vocant, reformationi acceptos referri oportere.” Ex fimbria de texto iudicabis, benevole lector!

contendi intelligamus, magnam, quam catholica ecclesia per Protestantismum tulit, iacturam eo quodammodo fuisse lenitam, quod non una disciplina theologica, sed omnes, Protestantismo facem praeferente, sint emendatae. Liceat nobis nostra facere, quae hac de re eximie disseruit Rinaldus Buhlerus [2]).

„Sacrorum instauratores constat plura abiecisse catholicae ecclesiae dogmata, multaque vituperasse eius instituta, neque manuum armorumque ope, sed argumentis ex ratione atque ex sacra scriptura petitis pugnasse; num aliter fieri potuit, quam ut Catholici, defensionis quadam necessitate adducti, iam accuratius librorum sacrorum studium amplecterentur, iam philosophiae, Scholasticorum argutiis liberatae, operam darent, nunc de historia ecclesiastica purganda cogitarent? Verior christianae doctrinae per nostram ecclesiam spargebatur scientia; nonne hoc modo etiam Catholicorum mentibus affusa caligo dissipabatur?

Nostrae ecclesiae simplicior efficaciorque Dei cultus, rectior eorum intelligentia, quibus vera probitas ac pietas comparatur; eximia eorum, qui sacra curant, vis in edocendis, consolandis hominibus; — nonne ita factum est, ut catholica quoque ecclesia rituum cultusque vanam et inutilem abundantiam sensim transferret ad hominum animos pietate afficiendos corrigendamque eorum voluntatem?

Nonne ita factum est, ut haec ecclesia, quae in bonis,

---

2) Cf. oratio „de utilitate, quam vel catholica ecclesia ex sacrorum ceperit emendatione", in templo Paulino academico habita Ienae a. 1824. a Rinaldo Buhlero. — Aliam sententiam de hac re fovet *Wolfius* in libro: Vertheidigung der cathol. Kirche (Würzb. 1829.) gegen D. Ninnichs Vertheidigung der evangel. Kirche. „Die catholische Kirche (haec occurrunt) hat zu allen Zeiten und an allen Orten dasselbe gelehrt; die Protestanten haben gar keine Kirche, keine Bibel, keine Sacramente, kein Christenthum. — Die Reformation hat alles Bestehende umgestürzt; der Gebrauch der lateinischen Sprache gehört zu den zweckmäfsigsten Einrichtungen; — Luther hat Empörung gepredigt; die *Catholiken haben der Reformation nichts zu verdanken*", u. s. w. — Cf. Ueber den wohlthätigen Einflufs der Reformation auf die cathol. Kirche. v. C. H. L. *Stöter*, in ephem. „der Protestant" 1828. Aug. p. 657.

uti solent nominari, operibus multum ponit, disceret cavere, ne mentis ac vitae omnis opprimeretur sanctitas? Nonne hoc modo factum est, ut etiam haec ecclesia divinam religionis doctrinam aliquam civibus suis lingua vernacula tradi vellet atque ceremoniae inutiles abrogarentur? Tantum igitur abest, ut iure vituperari aut deprimi a Catholicis possit sacrorum reformatio, ut sit quod gratias agant sacrorum restauratoribus, qui novum rerum cognoscendarum studium etiam in ipsis inflammaverunt, et nostris viris doctis, qui bonarum artium fautores doctrinaeque tutores literarum lucem vel ad pontificias terras portaverunt; ut sit quod gratias agant principibus nostris, qui catholicos quoque principes incitaverunt, ut sapienter institutis civium promoverent industriam laetioremque efficerent vitae statum; ut sit quod gratias agant nostris sacrorum ministris, quibus instigati pontificii quoque Clerici sunt, ut integrioris vitae documenta edentes populo interdum et religionis et morum aliquam traderent doctrinam; ut sit quod adiuvet atque sustentet ecclesia catholica nostram haeresin, quae licet non semper de industria, attamen re et factis ipsam adversariam ita emendavit, ut non solum eam, qua in hac terra fruimur, fragilem felicitatem, verum etiam eam, qua aeterna nititur salus, ibi fundaret atque corroboraret." — Quae obiter proposita quum pensitemus singula, non possumus non nobis gratulari, quod adscripti simus protestantium numero, nec quidquam prius aut antiquius habere in votis, quam ut semper fausta quaevis nostrae ecclesiae contingant, nec ulla re aliquid detrimenti capiat. — At minantur pericula!

---

§. 17.

Quid de sententia eorum sit statuendum, qui criminantur protestantes ipsos variis modis auctores esse apostasiae, exquiritur.

Proposita a nobis quaestione multorum nostra aetate turbari animos tam certum est, ut nulla indigeat demonstratione.

Atque si plebem tantummodo teneret vel eos, qui, quominus homines rectiori imbuantur cognitione, impedire laborant, silentio facile possit praetermitti; iam vero a viris in medium prolata atque acriter defensa, qui saluti ecclesiae bene cupere iure existimantur, accuratius nobis est examinanda. Estque haec sane disquisitio eo maioris momenti, quo rectius hac via inveniri possunt, quae sint peragenda, quae evitanda, ne merito in prudentum hominum reprehensiones incurramus.

Provocant, qui, quomodo dictum est, iudicant, ut hoc primo loco dicam, ad abusum evangelicae de rebus divinis iudicandi libertatis. Hanc, qua fruitur ecclesia nostra, libertatem, animi humani naturae consentaneam et S. S. effatis suffultam, omnium, quae sibi honori ducere potest, summum esse existimant, sed Rationalistas ea abuti proclamant. Magno nimirum theologorum numero Rationalistarum nomen idcirco inditum est, quod non solum rationi summum veri falsique iudicium in causa etiam religionis vindicant, sed potissimum propterea, quod omnia, quae vera haberi possint, ex ipsius rationis fonte tantum haurienda esse affirmant. Atque hi sunt, qui de revelationis necessitate atque veritate, de miraculorum possibilitate deque S. S. auctoritate divina dubitent. Hi sunt, qui, quae in literis sacris de lapsu Protoplastorum, connataque omnibus vitiositate, de sublimiore I. Ch. natura, de eius mortis causa atque effectu, de eius ad iudicium sollemne reditu, de bonis malisve geniis, de Spiritus Sancti in animis hominum efficacia leguntur, a seniorum Iudaeorum commentis profluxisse autument. Hi sunt, qui, extraordinariam Christo revelationem denegatam esse opinantes, momenta, quae ad Iesum divinarum rerum scientia imbuendum tantam habuerint vim, ut in summam eius adducerentur admirationem coaevi, repetant vel ex eius consuetudine cum Sadducaeis, vel ex familiaritate cum Essenis contracta; vel ab Hellenisticae atque Alexandrinae philosophiae cognitione, vel ex variis, quae fecerit, itineribus. Quid quod fuit, qui sibi perspicere videretur, tam vera in religione christiana quam falsa venisse e doctrina parsica ideoque falsa esse eliminanda vel ad mythos, allegorias, philosophemata revocanda.

Quousque tandem, viri, abutemini evangelica illa libertate, clamitat nunc altera theologorum pars. Eam enim, qua maiores nostri Pontificiorum decreta, traditionum auctoritatem reiecere, profanatis. Divinam S. sacrae auctoritatem, in quam summa ducebantur verecundia restauratores sacrorum, secundum quam ceu ad lapidem Lydium decernenda sunt dogmata, destruitis. Christo, sexcenties de se testanti (Io. VII. 16. XII. 49. XIV. 24. XVII. 5.) „doctrina, quam vobis trado, non mea est, sed eius, qui me misit", fidem denegatis. Dignitatem Filii Dei ad humanae sapientiae sortem deiicitis. Veneramur vestram sagacitatem, eruditionem, doctrinam vitaeque integritatem, sed dolemus quod philosophi quam Christiani esse mavultis.

Inter hos vero ipsos, qui Scripturam sacram unicum doctrinae christianae fontem, cui ratio necesse cedat, esse statuunt, quum permulti ecclesiae symbolis cum Huttero secundariam tribuant *θεοπνευστίαν*, nova rixandi adest occasio. Cavete, clamitant reliqui, ne quid capiat detrimenti ecclesia! Superstitiose symbola venerantur, hierarchiam dogmatis ecclesiastici introducere conantur; Lutherum invitum constituunt papam; libros symbolicos non testimonia, sed fidei normam esse dicunt. Quod accuratior antiquitatis cognitio, quod diligens historiae studium, quod critices usus, quod linguarum notitia, quod Ernestii, Semleri, Mori aliorumque industria atque acumen novum accendit lumen, exstinguere cupiunt isti symbololatrae! In mentem revocant quae Cardinalis ille dixit in concilio Tridentino: „utinam nunquam huc advenissent graecarum et hebraicarum literarum professores!" Nimirum his aerumnis nunc non divexaretur ecclesia! — Potestne vero hic de gravissimis religionis decretis dissensus, haec rixandi consuetudo, effugere quemquam?

Miremurne, quod plures, his controversiis offensi [1]), ecclesia, de cuius salute desperarent quamque singulorum stu-

---

1) Repetenda est haec discrepantia ex controversiis, quae de rebus divinis inter theologos agitantur. Qui concordiam inter factiones theo-

diis distractam conspicerent, derelicta, ad Catholicorum partes transfugerint? Qua superbiunt adversarii doctrinae aequabilitate atque constantia, ea videlicet decipiuntur boni isti homines; haec est amabilis esca, ad defectionem polliciens. Quod itaque olim iam nonnullos ad apostasiam adduxit, quod Protestantes aiunt in una se esse religione, quasi in uno corpore, nec tamen unum habent caput, sed professione coniuncti sunt, sententiis diversi, id nostris temporibus in causis fuit, ut Comes de Stollberg atque nuperrime Probstius cogitarent de confessione mutanda.

---

§. 18.

Continuatur instituta disputatio.

Nominant alii, tanquam grave, quo ecclesia nostra affliga-

logicas non desperant, conferant orationem, quam habuit „de dissidiis theologorum, unitate spiritus christiani non tollendis sed levandis" F. Fleckius Ph. D. Lips. 1831. Loquitur p. 28. de Supranaturalistis, qui rationem humanam non sufficere dicant, corruptam illam peccato et in nullo homine puram, ad res divinas recte perspiciendas salutemque inde percipiendam; inde necessariam fuisse Deique beneficio et amore incredibili datam esse eo modo, quem volunt naturae fines excessisse, institutionem quam dicunt *positivam* (unde rectius Positivistas cum quibusdam dixeris) per I. Chr. filium ac legatum. Porro de Rationalistis, qui contra asserant rationem humanam recte excultam parem esse atque idoneam rerum divinarum cognitioni; eam cognitionem plenam fuisse in Iesu Chr. divino homine, sed absque tali auxilio Dei, quod *supranaturale* vocari soleat, cuius certe criterium certum nobis negatum sit. Adiungit his *philosophicos* theologos, qui non universae rationi, sed scholae cuidam addicentes iudicium in summis de religione notionibus (ut Kantianae, ut Schellingianae, ut Friesianae, ut Hegelianae) de christiana religione ita exponunt, ut in suspicionem incidant neglectae subinde *historicae* cognitionis, et detorsae frequentius exegeticae veritatis in commodum philosophicae, quae quidem eis visa esset. — Addit his p. 29. *biblicos* theologos, qui theologiae christianae dogmaticae et symbolicae per Scripturarum sacrarum iteratam et assiduam explicationem emendandae et delucidandae operam navant, et ostendit, quo tandem communi vinculo spiritus christiani et contineantur omnes et levari possit dissensionis acerbitas atque invidia.

tur, malum, Mysticismum, qui ulterius in dies propagetur. Difficile profecto est Mysticismi, quippe qui versetur in obscuro, notionem certam proponere atque definitam. Historia teste in his consentiunt omnes eius asseclae. Reiectis cancellis, quibus mens humana circumscripta est, respuunt persuasionem de rebus divinis e sola ratione oriundam, quaerunt aliam rationis leges superantem summumque bonum in arcana hominis cum Deo coniunctione eiusque participatione, mente occludenda, patiendo et sentiendo, consequenda ponunt, Deumque ipsum luce divina hominis animum illustrare arbitrantur. „Apparet ex his, pergit Weissenbornius [1]), omnem religionem neque menti neque rationi a mystica theologia attribui, sed sensui arcano et peculiari, quo ad ipsius Dei visionem et coniunctionem homo possit adspirare, assignari, et ad ipsam Dei participationem, otio et patiendo, mente et ratione occludenda acquirendam, religionem perferri." Nonne vero usu rationis hoc modo sublato [2]) via munitur ad castra Catholicorum? Nonne, qui interna luce collustrati sibi videntur, imaginationis aestu acti facilius ad ineptias trahuntur atque nugas? Atque, quod bene notandum est, mirifice adiuvat huncce Mysticismum philosophia, quae dicitur, identitatis, a Schellingio proposita; quippe quae, de intuitione intellectuali, de defectione ab Absoluto, de conciliatione cum Deo multa edisserens, omnem religionem referat ad poesin atque phantasiam [3]). Quare factum est, ut huius philosophiae fautores, quibus displicebat cultus Protestantium publicus, quererentur de inopia ceremoniarum atque pompae, verba facerent praegrandia de hierarchia, de sacerdotibus, sacrificiis, omninoque philosophiam Schellingianam explicarent formulis

1) Cf. De momento, quod ad sacrorum instaurationem attulerit theologia mystica, orat. hab. a Guil. Weissenborn. Ienae 1825. p. 7.

2) V. Krugii encycl. phil. Lexicon T. V. s. a. *Bauder.*

3) Hat und behält der Mensch bei und nach einem Religionswechsel seine gesunde Vernunft? oder Geschichte des * * schen Hofraths v. Maibach, welcher von der protestantischen zur cathol. Kirche überging. Berlin 1816.

atque dictionibus, a catholica religione ductis, ita tamen, ut, quae Catholici proprie, eadem illi improprie dicerent. Quod multi procliviores facti sint circa Catholicismum, haec philosophia in causis fuit atque est; de qua re conferatur Bergerus [4]).

Alia adhuc labe, pergunt alii, laborat aetas nostra. Circumeunt simulatores, qui vultu demisso verbisque turgidis maiorem, qua reliquos superent, pietatem proterve ostentent. Serpunt, qui repudiata solida eruditione sesquipedalia verba pro certis sanctitatis habeant indiciis; qui de conventiculis habendis ecclesiae salutem dependere canant; in libris, quorum lectione imaginandi vis conspurcatur foede, divulgandis sudent [5]); in viros virtute atque doctrina conspicuos superiorum excitent [6]) suspicionem omninoque id moliantur, ut ad turbulentos fanaticorum errores abripiantur homines. Nonne hi quoque viam muniunt ad Catholicorum partes ducentem?

His dictis adiungas conventiones [7]) principum cum curia romana, quae nunquam revera eorum agnovit iura; liturgiam

---

4) Cf. Disputatio de Mysticismo, auctore E. A. Borger. Hagae Comitum 1820. p. 128—138. Quum Protestantismi ea sit ratio, ut nusquam subsistendum putet (— Catholicismus habet firmam ac stabilem auctoritatem, in qua acquiescendum est —); Hegeliana quoque philosophia, si scholae formulas premere liceat, protestantibus, quorum sententia longissime abest ab eo, *verum esse id semper, quod existit*, probari non potest. Cf. De phil. Hegel. usu in re theologica scrips. L. F. O. Baumgarten-Crusius. Ienae 1826. p. 17.

5) Huc pertinent „Societates Tractatuum", quarum eo consilium spectat, ut libellorum, qui tractatus appellantur, ad pietatem compositorum editione religionis causa adiuvetur. Cf. l. l. Borgeri p. 82—86. — Porro libr. cui titulus est: Das Unchristliche und Vernunftwidrige, geistlich und sittlich Ungesunde mehrerer Büchlein, die seit einiger Zeit besonders von der Tractatengesellschaft etc. ausgestreut werden. Zur nöthigen Warnung seiner Landsleute von J. Schulteſs. Zürch 1815. Eiusdem: Ernstes und reifes Bedenken der einfältigen Bemerkungen des H. J. C. Kaufmann. Zürch 1816.

6) V. Die Pietisten in Halle, in ihrer tiefsten Erniedrigung, v. D. Weidemann in Halle. Altenburg 1831.

7) Cf. Vollständige Sammlung aller älteren und neuern Concordate, nebst einer Gesch. ihres Entstehens und ihrer Schicksale v. Dr. E. Münch,

